freni utilis equo scallionato, additur enim proximæ [formæ], quae dicitur ad medium morsum, unus camus; cui camo, aliqui, si volunt, possunt adiungere cathenulas: sed hoc neussariam non existit. Est etiam attendendum, quod brevitas seu magnitudo circuli, et serræ, et debita reflexio cum longitudine et brevitate convenienti, in affrenando equum non modicum operatur, et ideo super hoc est diligentia adhibenda. Intueri ergo os, et considerari debet mollities, et durities oris equi, et frenum quod magis ei aptum fuerit, imponatur eidem. Et ad hoc ut frenorum formæ, quæ præscriptæ sunt, possint evidentius apparere, ipsas depinximus. Ipsæ enim sunt utiles, et necessariæ, et omnibus aliis habiliores, et etiam meliores, nec ora equorum offendunt; et esset difficile equum aliquem inveniri, qui cum ipsorum aliquo non bene affrenaretur, si quis, iuxta distantiam congruam et ori equi expedientem, sciat collocare barras sive canellos.

Cap. XXXVI. — Quod Equus ducatur per loca ubi sunt sonitus et strepitus.

Equus, postquam frenum sibi congruum habet, equitetur frequenter moderate, et sine violento cursu, per civitatem, et specialiter per loca ubi fabri morantur, sive ubi fit sonitus et tumultus. Maiorem enim audaciam, et securitatem ob hoc equus assumet, minusque efficietur pavidus strepitibus, sonitibus, vel tumultibus concedendo. Si vero per prædicta loca transire trepidaverit, aut pavescat, saevis virgæ verberibus, aut calcaribus, non cogatur; sed levibus verberibus, et blandiendo ducatur; nam

Un'altra forma de freni se atrova utile al cavallo scalgionato; giongesi al freno, che si chiama mezzo morso, uno chamo, al quale, alcuni, se vogliono, possono giongiere lo cannelle o sia cadenelle: ma questo non è necessario. Debbesi attendere che la brevità o la grandezza del cerchio et dela serra et la debita reflesione cum la longhezza o cum la brevità convenevele in afrenare il cavallo non opera pocho. E dopo de ciò debe havere grande cura de vedere la molezza dela bocca del cavallo, e il più apto freno glie debbe mettere. Et imperò tute le forme deli freni, le quali possono chiaramente trovarsi, tutte le ho dimostrate et ditte. Queste solamente sono necessarie più che le altre, et meno offendono la boccha al cavallo; et sarebbe forte a trovare cavallo alcuno, lo quale cum qualcuno di preditti morsi non si infrenasce bene, se alcuno per proprio conoscere et per sua industria saperà collocare le stangietta alli predetti morsi convenevole al cavallo.

Cap. XXXVI. — Che se de'portare el cavallo dove è suono o strepito.

Il cavallo, dapoi ha il freno apto a se, cavalchesi spesso moderatamente et senza violento corso per la città, et specialmente per luochi dove si ferra, o dove se fano sono o strepito o rumore. Et per questo prende lo cavallo audacia et securità; et si per li luoghi predicti haverà paura de passare, o se spaventarà... cum aspre batiture tu lo costringerai et vincerai a ciò che non doventi spauroso...

Digitized by Google

imaginaretur semper molimina vel verbera facta contingere ex strepitu, sonitu, vel tumultu, et sic equus pavidus vel attonitus deveniret.

Cap. XXXVII. — Quod equitans frequenter descendat de Equo et ascendat.

Oportet autem equitantem (ut equus in disciplina melius informetur) frequenter in die equum ascendere, et descendere leviter et suaviter, iuxta posse, ut assuescat in ascendendo et descendendo stare sub eo pacifice et quiete. Custodiatur vero equus, secundum prædictam disciplinam, donec ejus dentes perfecte fuerint immutati: quod erit postquam equus perfecerit quintum annum.

Cap. XXXVIII. — Quæ in pullis bonæ indolis considerari possint.

In pullis merito ea consideranda sunt, quæ signum bonæ indolis demonstrant. Considerandum est igitur primo quod sint hilares, alacres, et agiles. Item nota quod habeant corpora magna, longa, musculosa, et arguta. Item quod habeant testiculos pares, et exiguos. Item in pullis considerare debemus præcipue mores, et merita parentum, vel ut ex summa quiete, facile concitentur, vel ex festinatione incitata, non difficile teneantur.

Cap. XXXVII. — Come il cavalchatore de' spesso descendere et montare sul cavallo.

Conviene al cavalchatore, accio che 'l cavallo in la doctrina sia meglio informato, spesse volte il die salglia a cavallo et dismonti, et suavemente quanto più puo, a cio che se avezzi al cavalchatore de stare sotto quietamente. Et, secundo questa doctrina, sia guardato il cavallo finchè haverà perfettamente mutati li denti, et questo serà poi quando haverà compito lo quinto anno.

Cap. XXXVIII. — Che cose ne li buoni poledri son da considerare.

Neli pulitri so' da considerare quele cose che mustra signi de bona industria: imprimamente ene da considerare che li cavalli sia alegre e legere. Ancura che aia le corpura magne, longe et musculose et rubusti. Ancora che aia le tisticuli uguale et piculi. Ancora in deli pullitri devemu considirare le costume e li merita delu patre e dela mamma; voi de gran reposu ligeramente se sollecete, voi de vivaccianza insetata non ligieramente se tengia.

Digitized by Google

Cap. XXXIX. — Qualiter cognoscatur aetas Equi secundum dentes.

Consideratio aetatis in equis talis est. Postquam equus fuerit duorum annorum et sex mensium, incipiunt ei cadere supra dentes medii superiores, et mutantur sicut mutantur dentes canini. Postmodum singulis annis mutantur alii dentes eodem modo, usque ad quintum annum. In quinto anno dentes, quos primo mutaverat, exaequat. In septimo anno omnes eius dentes explentur, e tunc bono modo ætas in equo cognosci non potest, sed latent ætatis notæ. Veruntamen, postquam senere incipiunt, consueverunt tempora curvari, supercilia canescere, dentes plurimum augumentari et post præeminere.

Cap. XL. — De extrahendis Equo dentibus qui dicuntur scalliones.

Quia difficile, imo quodammodo impossibile est, equum aliquem perfecte habere bonum os, nisi extrahantur sibi dentes, qui dicuntur scalliones et planæ (equus [enim] postquam fuerit calefactus, si dictos dentes habuerit, difficulter per sessorem poterit retineri), idcirco utile est ut supradicti quatuor dentes, postquam annorum trium cum medio equi ætatem exegerint, radicitus extrahantur. Igitur, prout salubrius fieri potest, de maxilla inferiori, quatuor prædicti dentes, duo ex una parte maxillæ, et duo ex alia, cum ferris ad hoc aptis, et cautelis adhibitis sufficientibus, extrahantur:

Cap. XXXIX. — Comu se cognosca la etate in dili denti.

La consideratione in deli cavalli ene cutale. Dapoi che lu cavallu ene de dui anni et sei misi, e comenzaglie a cadere li denti de sopra meczani, et mutaliese cosi comu se muta li denti i cani. E da poi in cescasuni anni lie se muta l'altri denti, in quellu modu usque a cinqu' anni. Et in delu quintu annu, li denti, li quali lu primu avea mutati, aduquaglia. Et in delu septimu annu, tucti li denti soi so' conpliti. Et allora de bonu modu la etate in delu cavallu se non po' conoscere, ma se nasconde la manifesta etate. Veramente, dapoi che lu cavallu invecchia, comenzaglese ad incorvare le tenpla, su per le cegle a sblanchire, e li denti cresceregle et superchiare.

Cap. XL. — Comu se traga li denti alu cavallu, cioene li scaglione.

Ca forte cosa ene per unu modo, et inpossibile cosa ene lu cavallu avere perfecte bona vocca, se segle non tra' li dente, le quale se dice scaglione et planamente. Ca lu cavallu, poi ch' ene scallatu, se averà li dicti denti, per lu cavalcature fortemente se porrà retenere. È perciò utile cosa ene che li dicti quatru denti, dapoi che lu cavallu vene ad etate de tre anni et mezu, sia tratti dala radicina. Adunca comu plu salutevole se po' fare, dala massilla et dall'altra culi ferri facti acciò, con sofficiente cautele adiunte, segle traga. Due deli dicti denti scaglione,

Digitized by Google

duo autem ex ipsis dentibus scalliones, et duo planæ vulgariter nuncupantur, morsui freni plurimum adversantes. Extractis autem equo dictis quatuor dentibus, si equus hactenus os durum, vel forte, habuerit, permittantur prius eius vulnera aliquantulum solidari; postmodum vero frenum, quod scallionatis equis competit (ut supra in rubrica de formis frenorum posui) immitatur eidem. Si vero os tenerum, et non durum, equus habuerit, secundo, vel tertio die evulsionis dentium, sibi frenum competens similiter imponatur: et equitetur quotidie, affrenando ut decet, tamen moderate, sicut expedit, gallopando. Ideo autem dixi supra, quod si equus durum os dudum habuerit, consolidari aliquantulum oris vulnera permittantur; quoniam carnes novæ in vulnere, citius quam vetustæ, rumpuntur, et [ideo] equus frenum magis retinet, propter teneritatem vulnerum, satisfaciendo potius equitanti. Quod autem dixi, si molle fuerit, secunda vel tertia die evulsionis dentium equitetur, causa est, quia subtus frenum vulnera dentium solidantur, ut, eodem jugiter condito, carnes callosæ ac duræ in posterum in vulneribus generantur, unde os equi habilius ad affrenandum paratur. Scias autem quod equis vulnera debent optime cum sale aliquantulum trito bene et diu fricari antequam sal dissolvatur. Ex tunc autem quotidie, postquam equus biberit, purgatis primitus ulceribus eius ab immundiciis, quae ibidem remanserunt, cum sale trito dicta ulcera bene fricentur. Nam fricatio cum sale non permittit ibidem crescere malam carnem, et, si vero aliquando creverit, scarificetur mala caro cum ungulis, et desuper fricetur sale. Alii lavant prius ulcera cum vino tepido. Alii superaddunt mel et piper, et postea fricant cum sale. Alii lavant solum cum vino et melle: sed fricatio salis, sine lotione vini, plus valet. Attenda-

et due planamente vulganamente se chiama, morsu de frenu troppu adversante. E tratti alu cavallu li dicti quactru denti, se in delu tenpu passatu lu cavallu abe dura e forte vocca, lassegle sanare primamente le soe plaghe. E poi lu frenu, che se convene ali scaglionati, cusì comu de supra aiu postu, quellu frenu gle sia messu. E se lu cavallu averà la vocca tenera et non dura, in delu secundu, voi in delu terzu die de l'actratione deli denti, semegliantemente sia messu at illu frenu lu quale gle se convengnia, e cavalchare onne die afrenandu comu se convene, tame amoderatamente cum u'gallu piçulu. E percio dixi de supra che se lu cavallu ane avuta la vocca dura, lassese alequantulu consollidare le plaghe dela vocha, ca la carne novella se ronpe plu ceptu in dela plaga che la vecchia. E perciò lu cavallu plu tene lu frenu per la teneretate dele plaghe, sadiffacendu maiuremente alu cavalcante. E quellu che io aiu dectu, se lu cavallu averà la vocca molle, in delu secundu, voi in delu terzu die de l'actratione deli denti, cavalchese, la casione ene, ca desucta alu frenu le plaghe deli denti se solla, e per quellu assiduamente usandulu, carne calossa et dura dapoi inde le plaghe se genera; unde la vocha delu cavallu ad affrenare plu asivelemente se accuncia. Sacce tame, che le plage dela voccha delu cavallu devese troppu bene fricare et assiduamente cu nu pocu de sale tritu, e questu se faccia innante che se dessoglia, e così devese lassare usque a dui die, voi a tre die. E da inde innanti tuctavia, poi che lu cavallu ane bevetu, purgase imprimamente le soe plaghe dale suzure, le quale so' remase, e cun sale tritu le dette plaghe sia ben fricatu. Ca la frigatione de lu sale non ce lassa

Digitized by Google

tur tamen quod, antequam vulnera equi fuerint solidata, purgetur os equi, et eius vulnera, cum digito antequam sibi imponatur frenum. Et nota quod os equi debet esse magnum, et bene fixum, nec nimis durum, nec nimis molle, sed medium teneat utriusque. Patet satis ex his quæ dicta sunt, quod equi perfecte affrenari non poterint, maxime si durum os habeant, nisi quatuor dentes, ut dictum est, sibi primitus extirpentur. Et in hoc equus alias utilitates consequitur, ut experientia sæpe monstratur. Nam, propter evulsionem dentium, equus efficitur pinguior, et grossior corpore; quia ferocitatem superfluam et furorem ob hoc amittit. Dentium igitur extirpatione facta, ut dictum est, equus equitetur ad saltus parvulos, removendo nec non equis obviando saepe, sæpius intrando, et exeundo, ut discat, et assuescat audaciter discedere ab eisdem, frenum mediocriter forte, vel fortius, immutando, donec sibi congruum inveniatur. Cavendum tamen est, quod, invento freno habili equo, nullum sibi ex tunc aliud immittatur: quoniam, post extirpationem dentium, ex crebra mutatione frenorum, ora equorum assolent leviter devastari. Sed ubi equus se habuerit, ut dictum est, convenienter ad frenum totaliter, ita quod ex longo vel frequenti usu, artem et modum noverit affrenandi, subsequenter ipsum ad currendum assuescere oportebit. Curratur equus summo mane, semel per quamlibet septimanam per viam bene planam et aliquantulum arenosam, in principio sui cursus circa spacium quartæ partis unius milliaris, et postmodum, si libuerit, per unum milliare et amplius poterit augumentari. Sciendum est tamen quod equus, quanto frequentius et moderatius currit, tanto fit celerior et agilior cursui, consuetudine ministrante. Unum tamen contrarium ex cursus nimia frequentatione contingit, quoniam fiet inde fla-

nascere mala carme. Ma, s'alcuna fiata crescerà la mala carne, gractese bene cun l'unge e poi de sopra se friche culu sale. Altri lava inprimamente culu vinu tepegliu. Altri ce aionge lu mele e lu pepe, eppoi lu freca culu sale. Et altri lava sulamente culu vinu e culu mele senza sale. Ma lu frecare colu sale, senza lavatura de vinu, plu vale. Actende tame che la plaga... nacte che se toche culu detu et nanti che gle se inpuna lu frenu. E nota che la vocha delu cavallu deve essere grande et bene fissa et non troppu dura nè troppu molle, ma deve tenere mezu dell'unu e mezu dell'altru. Manefestu ene assai de quelle cose ch'ene decte, che li cavalli perfectamente affrenare se non pone, et spitialemento se illi ane dura vocca, forsia li quactru denti, così comu ene dictu, se gle non sterpa. Et inzò lu cavallu sequerà altre utilitate, cusì comu per esperientia spesse fiata so mustra; ca per lu trare deli denti lu cavallu se fa plu grassu de corpu, ca per questu perde la fericetate e la superbia e lu forore.

Facta la sterpatione deli denti comu ene dectu, cavalchase a piçulu saltu, removendu et caruandu spessu, et plu spessu intrandu et scendu, chè pare et accostumese audacemente parare da illu medemu, lu frenu mezanamente forte, voi plu fortemente, mutannuglese fino a tantu che frenu convenevole se gle trove. Tame ene da guardare, che poi che gliè truvatu lu freno asievele e convenevele, non gle sia messu altru frenu. Ca, poi che la sterpatione deli denti, dela spessa mutatione dele frena le voche deli cavalli legeramente se sole guastare. Ma dapoi lu cavallu averà, comu ene dectu, convenevolemente alu frenu ad intuctu, sichè de longu e

grantior equus, impatiens, et quandoque retrogradus, si indebite festinetur ad cursum, et assuetæ affrenationis maximam partem amitet. Posteaquam vero bene doctus et assuetus equus in affrenando fuerit, non diu maneat in quiete; quia longa quies desidiam parit, [et] eorum, quibus artificialiter doctus fuerat et instructus, oblivionem. Unde non pigeat equitantem facere ipsum salire, gallopare, ac currere moderate, ut semper in acquisita disciplina consistat.

Cap. XLI. — De sanguine superabundante.

Quando sanguis superabundat in equo, signa sunt ista. Multum libenter se fricat; et egestiones habet multum fætidas; urina eius est rubea, spissa et fætida; oculi sanguine turbidi ac lacrimosi; interdum minus solito comedit; interdum per ipsius corpus nascuntur pustulæ sive parvissimae inflationes. Cura. Si supradicta signa appareant, de vena, quæ est in medio collo,

de spessu usu l'arto olo lu modu connoscerane do affrenare, susseguentemente lo po' accustumare a correre. Currase lu cavallu lu mactinu una fiata in septemana per via plana et unu pocu arenosa. In principiu delu soi cursu per spatio de quarta parte d'unu megliu. E poi, se placerane, fine ad unu megliu et plu ce se porrà acrescere. Tame ene da sapere che lu cavallu quanto plu bivazo ammodatamente curre, tantu se fa plu bivazu et plu ligeru alu cursu, ministrante la custumanza. Tame unu contrariu pregrande spesseamentu de cursu ce a bene, ca lu cavallu se ne fa plu furiusu e non è patiente; et alcuna fiata se ne fa ristivu, se se abivaza alu cursu non debitatamente, et perderà dela custumata affrenatione la maiore parte. Dapoi che lu cavallu sarà bene insegniatu et acustumatu et affrenadu, non permanga in longu reposu, ca lo longu reposo acconcia macteza, et de quelle cose dele quale artificialemente era insegniatu et amaiestratu, purrassene scordare. Unne non incresca alu cavalcante fare lu cavallu sallire currere et galloparo moderatamente, chè tuctavia in dela acquistata disciplina permanga.

Cap. XLI. — **Dela suprabundantia delu sangue.**

Quandu lu sangue soprabunda in delu cavallu, queste so' li sígnia: multu voluntera se gratta, e lu fumaio soi puto multu; la urina sua ene russia et spessa e fèdita. E l'ochi sanguigni et turbede e lacrimosi. Et allura manduca mancu che non sole. E nasceglo pèlu corpu pustule, voi piçuli inflatione. La cura; se le nanti dicta signa appare, dela vena,

secundum fortitudinem et ætatem, minuatur, usque ad pondus trium, vel quatuor, librarum. Si debilis est, et pullus, minuatur usque ad pondus unius et dimidiæ, vel duarum tantum librarum. Si negligatur hoc, multa mala inde proveniunt, videlicet: scabies aliquando cutem occupat; interdum farcina, quando in carne vagatur, cutem perforat. Et scias quod ægritudines, provenientes ex sanguine, sunt contagiosæ.

Cap. XLII. — Quoties in anno sit Equus flebotamandus.

Quater autem in anno pro conservanda sanitate flebotomandus est equus, a vena colli, videlicet consueta; Primo veris tempore semel: secundo in aestate; tertio in autumno; quarto in hyeme. Et sanguis ei, prout ei expedit, extrahatur qualibet vice. Et nota quod si in festo b. Stephani protomartyris minuas, vel sanguines, equum, non morietur illo anno de nascitura, seu verme. Magister Maurus dixit, quod equus, ut præservetur a diversis et variis infirmitatibus, debet ad minus ter in anno minui, videlicet: primo circa finem Aprilis, quia tunc incipit sanguis multiplicari. Secundo, circa principium Septembris, ut sanguis in æqualitate accensus, evaporet. Tertio circa medium Decembris, ad hoc ut sanguis, in eo congregatus, et grossus, exeat. Et tamen scire debes quod hæc, iuxta qualitatem equorum, et locorum ubi morantur, immutari possunt et debent. Signa per quæ scire poteris si equus indigeat minutione sunt ista: Primo si oculi equi rubescant. Item si venæ inflentur in corpore equi plus solito. Item

Digitized by Google

la quale ene in mezu lu collu, secundu la forteza e la etate, se sange usque a pesu de III voi de IIII lib. si ene pulletru, voi debile, assemeglese lo sangue usque a pesu de una libra e meza, voi de II. E se se non fa' questu alu cavallu, ne prebene multi male, zoene, scagia alcuna fiata ce cupa la cutica. E tala fiata, quandu lu carcu se vaga in dela carne, ce perforne la carne. E sacci che le infermetate preveniente per lo sangue so' malamente contaminate.

Cap. XLII. — Quante fiata in annu se deia sagniare lu cavallu.

Quactru fiata in annu ene da sagniare lu cavallu per conservarlo in sanetate; sangese lu cavallu del accustumata vena delu collu. Una fiata nelo tenpu dela primavera: la secunda in delu state: la terza in dautunnu: la quarta in delu vernu. E tragaglese lu sangue per ciascuna fiata comu gle se convene. E nota che se in dela festa de santu Stefane primu martiru sange lu cavallu, non morerà in quellu anno de nascetura, voi de verme. Mastru Mauru disse che lu cavallu, chè ellu se serve da varij et diverse infermitate, sangese alu menu tre fiata in anno. Cioene, lu primu apressu lu fine d'aprile, ca intannu lu sangue comenza a multiplicare. Lu secundu alu principiu de settembre, chè lu sangue innequalitate appressu, svapore. Lu terzu alu mezu de decembre, chè lu sangue in illu adunatu et grosso, esca. E tame deve sapere, che queste cose secundu la qualitate deli cavalli e dele locura duve ademoranu, devese mutare e pose mutare. Li signa

pruritus cruris et crinium. Item casus crinium. Item quando per dorsum equi nascuntur aliquæ inflationes rubræ. Item quando equus male digerit. Et quia ex his nascantur in equis diversæ et periculosæ ægritudines, non debes esse negligens ad obstandum principiis. Fac ergo minutionem de vena organica equi, quæ est in collo, et extrahatur sanguis in bona quantitate, iuxta virtutem et vires equi. Nota quod si vena equi infletur, quando fit flebotomia, debes superponere folia vitis albæ cocta, et statim deinflabitur vena equi.

Cap. XLIII. — De fluxu sanguinis de plaga animalis, et si sequatur hæmorrhagia.

Si sanguis fluxerit a plaga animalis, remedia subscripta fieri possunt: Recipe filtrum et combure in aliquo vase, deinde filtrum, sic combustum, madefacias, seu infundas in succo urticæ: postmodum, sic infusum, ponas supra locum et liges, et per tres dies non removeatur. Item ad idem: valet implastrum factum de urticis et superpositum et ligatum per tres dies, ut supra. Item si vena incisa fuerit ex transverso, ita quod sequuta fuerit haemorragia, pulvis panni, vel serici, combusti superponatur, quia restringit sanguinem. Item ad idem: Recipe aloe, galbani, picis, resinæ, masticis, sepi arietini, ceræ et olei olivarum, ex quibus fiat unguentum, et sæpe inungatur locus et sanabitur. Et

Digitized by Google

perche tu lu poi sapere se lu cavallu ane abisongiu de sangia so' quisti. Primamente se l'occhi delu cavallu se fa russi. Ancura se le vene se gle infla in delu corpu plu che non sole. Ancura se le gractature ene dela coteca ed in li capilli. Ancora quandu per lu dorsu delu cavallu nasce alcune inflatione per lu dossu rusce. Ancora quandu lu cavallu fa mala digestione. Ca da queste nasce in deli cavalli diverse e pericolose infirmetate, non deve essere negligente a contrastare ali principia. Fagle 'na sangia dela vena organica, la quale ene in delu collu, e tragasenne sangue in bona quantitate, secunde le vertute e le forze delu cavallu. Nota che se la vena delu cavallu enfla, quannu se sangia, devegle supponere la foglia dela vite alva cocta, et incontenente sarrà desenflata la vena.

Cap. XLIII. — Delu flussu delu saugue dela plaga dell' animale.

Se lu sangue escierà dala plaga dell' animale, le rimegia, le quale so' supta scripte, gle se deve fare, e poiglese fare. Recipe lu feltru et ardilu in alcunu vasu, et dalenne lu feltru sia arsu vangnialu, voi infundi in delu sucu dela aurtica; da poi che ene cusì infussu poilo sopra la locu e legacelu e per III die non s'enne leve. Ancora a quellu medesimu vale le implastru delu urtiche postece desupra, et legatu, per III die non se ne mova. A quelu medenmu vale se lu fumagiu callu dell'asenu, voi delu cavallu, ce se puna e leglese strectamente e lassalu stare per iij die. Se la vena fosse tagliata per traversu siccè sia secata, pulve de pannu voi de seta

scias quod hoc ultimum valet ad tineam. Item ad idem: Recipe fungum, quem vessicam lupi vulgus vocat, vel pulverem fungi prædicti, deinde cum stercore asini, gramina pascentis, bene conteratur, et emplastrum inde fiat, quod super plagam calidum apponatur et ligetur, et usque ad tres dies non amoveatur.

Cap. XLIV. — De restringentibus fluxum sanguinis.

Ad restringendum fluxum sanguinis facias tale emplastrum: Recipe thuris partes duas, aloes hepatici partem tertiam, quæ pulverisentur simul, ut expedit, et agitentur cum sufficienti albumine ovi, immixtis sufficientibus pilis leporis combustis; et postmodum supra venam, seu vulnus, habundanter intromittatur. Item ad idem: valet gypsum cum calce et granulis uvarum bene tritis mixtum. Item ad idem: valet stercus equinum recens, cum creta et aceto fortissimo mixtum, et agitatum. Et nota quod prædicte medicinæ ad sanguinem restringendum, usque ad tertium diem non debeant a vulnere removeri; postmodum curetur vulnus, sicut infra in capitulo de verme dicetur. Scire tamen debes quod interim setonibus, comestione, equitatione vel loco frigido, ut ibi continetur, ullo modo uti debet, sed caveat ab eisdem. Item alia cura ad restringendum san-

Digitized by Google

arsa sciagle postu de supra, ca retringe lu sangue. Ancura a quellu medenmu: Recipe del alce, de galbano, de picis, de resina, de mastice, de incensu de mirra, de litargiru, de sevu montoninu, de cera et de oleo de uliva, dele quale se faccia unguentu, et spesse feata senne unga lu locu e sanarasse. E sacci che questu ultimu unguentu vale ala tingia. Item a questu medenmu recipe lu fungiu lu quale se dice vulganamente vexica de lupu, voi pulve de fungiu; de lenne cun fumagiu de porcu pascente la gramaccia et fan d'elu enplastru, lu quale callu se le leghe supra la plaga e non senne leve usque a iij die.

Cap. XLIV. — **Comu se deia restringere lu fluxu delu sangue.**

A restrengere lu fluxu delu sangue fane cutale enplastru. Recipe ij parte de incensu; de aloe epaticu iij parte, le quale se pulverige insenmura comu se convene; et sia demenatu cun suficiente alume d'ovo, mestecatece suficiente pelu de leporu, et postu supra la vena se la plaga abunda multu sangue. Ancura a quellu medenmu valece lu gissu cula calce e cole grana dell'uva bene pistu e mestecatu. Ancura a quella medenmu valace lu fumaiu delu cavallu recente cula cera e col'acetu fortissimu mestecatu e demenatu. E nota che le dette medecine ad restringere lu sangue usque a iij die non se deve rimovere dalu plaga, et poi se cure la plaga cusì comu se decerà de sucta in delu capitulu delu verme. Deve tame sapere che intratantu, lacci manciare, cavalcare, voi locu frigidu duve se contene

guinem: Minuatur equus de vena in contraria parte, sive fuerit in tibia, sive in collo, vel in alia parte corporis, ut fluxus sanguinis fluat ad aliam partem; deinde stercus [equinum] comburatur cum filtro, et super vulnus seu venam ponatur. Item ad idem: valet raphanum cum urtica et sale mixtum et bene tritum et super positum. Item ad idem: valet pulvis cinnamomi et garyophillorum cum laudano, liquefactis seu distemperatis et superpositis. Item ad idem magis efficax remedium: accipiatur aliquantalum de serico usto, seu combusto, et supra venam ponatur; deinde colofonia desuper liquefiat; postomodum fiat cauterium leve desuper, et usque ad aliquos dies ab exercitio caveatur. Ad idem valet pulvis panni combusti, si superponatur; quia vehementer sanguinem restringit.

Cap. XLV. — De serratione seu laqueatione venarum.

In serratione, seu laqueatione, venarum, cum lignea broca vena sursum elevetur, deinde cum filo torto et duplicato vena nodetur, seu ligetur, a duabus partibus, et inter utrumque nodum, seu ligaturam, incidatur vena, seu secetur, iuxta nodum, ligatis capitibus prius cum filo molli et forti, ne fiat fluxus sanguinis, et parum de filo permittatur pendere foris, ut nodus fili foras leviter trahi possit. Si vero necessitas animalis exigit quod sanguis fluat ex capite illo, quod venit a corpore, permittatur fluere, altero alligato.

in nulla manera deia usare, ma se guarde da questi. Item alia cura a restrengere lu sangue: sangiase lu cavallu dela vena contraria dela parte contraria, voi in delu collu, voi in dele ganme, voi in delu corpu in altra parte, chè lu fluxu sangue scurra ed altra parte. Delinne lu fumagiu delu cavallu sia arsu cun lu feltru e supra la plaga sia postu. Ancora a quellu medenmu vale lu rafanu, cul artica e lu sale, mestecatu bene tuctu, et bene postecu. Ancura a quellu medenmu valece la pulve dela cannella e de garofali culu laudanu e destemperatu e postece de supra. Item a quellu medenmu plu efficace remediu: cese piglie unu pocu de siricu arsu e ponase sopra la vena, e del'inne la pece greca destenperata de supra, dapoi glie sia factu unu pocu de coctura ligeramente, fine aliquante dine lu cavallu se guarte de fatiga. A quellu medenmu vale la pulve delu pannu arsu se ce se puna, ca restrenge lu sangue grademente.

Cap. XLV. — **Delu inserrare voi del'allazare dele vene.**

L'inseratione voi l'allazamentu dele vene; fendase lu coiru per longheza dele vene, e cuna brocca de lenu la vena si subleve. E da inne con filu tortu dipplicatu, la vena se leghe da dui parti, et intre l'unu e l'altru nudu, voi ligatura, se tagle la vena, voi illu se seche apressu lu nudu, inprimamente legate le capora cun filu molle e forte che non esca sangue. Et unu pocu de filu lassa pennere da fore, chè lu nudu delu filu ligieramente se poça trarre fore. Se la necessitate dell'animale ademanne che lu sangue esca da quellu capu, lu

Cap. XLVI. — Qui dicuntur morbi naturales.

Morbi naturales dicuntur qui nascuntur et contingunt in ventre matris, cum quibus animal nascitur, non habentes causam exteriorem unde fiant, sed aut errore natura, aut ipsius defectu, vel ex impuritate spermatis, aut sanguinis ex quo fætus formatur, aut vitio morbidorum parentum contingunt.

Cap. XLVII. — Qui morbi sunt ex augumento.

Morborum naturalium, quidam proveniunt ex augumento, quidam ex diminutione, quidam errore naturæ, quidam ex parentibus. Sed primo de his qui ex augumento proveniunt est tractandum. Quoniam augumentum sequitur habitum, diminutio vero privationem, habitus autem antecedat privationem; dicimus ergo quod morbi, qui sunt ex augumento, alii sunt ex habundantia spermatis et sanguinis, unde formatur fætus prius, non peccans nisi in habundantia, et transit in naturam membrorum augens membra in numero vel forma. In numero, quando nascitur animal cum duobus capitibus, vel duabus caudis, et his similibus. Alii fiunt ex materia corrupta in natura superabundante, aut in sanguine unde formatur fætus, ex spermate, aut in nutrimenti corruptione; et hæc materia non transit in naturam membrorum, quoniam innaturalis est: sed generantur ex ea scrofulæ, testudines, glandulæ, et his similia.

Digitized by Google

quale ene dalu corpu, lassenne iscire, tame l'altru sia legatu.

Cap. XLVI. — Quale so decte le infermetate naturale.

L'infermetate naturale so'decte quelle le quale se tra'delu ventre dela manma con le vitia, cule quale l'animale nasce, non abente causa de fore unne se facza; ma voi per erru de natura, voi per soe defettu, voi per la non puritate delu sperma, voi delu sangue, delu quale lu figliolo se forma, voi illu abene per lu vitiu delu patre voi dela manma infirmi.

Cap. XLVII. — Quale infirmitate se fa per accrescimentu.

De infermetate naturale alcune ne abene per acrescementu; alcune per demenutione, alcune per erru dele nature; alcune dalla parte delu patre e dela mamma. Et inprimamente dele infermitate le quale avene de acrescementu ene da tractare; ca l'acrescementu sequeta l'abitu; la diminutione sequeta la privatione; l'abitu nante la privatione. Ma dicemu che le infermitato, le quale se fane de acrescementu, altri ne sone de habundantia de sperma e de sangue, unne se furma lu figliuolo inprimamente non peccante se none in abundantia, et passa in dela natura dele menbra, accrescente le menbra, voi'in delu numeru, voi in dela forma. In delu numeru, ca nasse l'animale cun dui corpora, voi con dui code, voi cunnublate l'altre menbra. Altri senne fane dela materia in dele natura supra

Cap. XLVIII. — Qui morbi sunt ex diminutione.

Morbi qui fiunt ex diminutione proveniunt [ex defectu naturæ, defectu generantis, et hi sunt] quando animal nascitur cum diminutione membrorum totius, vel partis. Totius, cum ex toto deficit sibi membrum aliquod, ut si nascatur sine auriculis, et cœcus, et his similibus. Partis, cum membrum fuerit diminutum in quantitate naturali, scilicet quando vel naris, vel oculus, vel testiculus unus est minor altero, aut ancha una minor altera, scilicet brevior, unde totum diminuitur; et equus hoc patiens scalmatus dicitur.

Cap. XLIX. — Qui morbi fiunt ex errore naturæ.

Morbi quei fiunt ex errore naturæ sunt qui proveniunt quando natura errat in formatione fætus, id est cum nascitur equus cum cruribus obliquis, vel ungulis in anteriori vel posteriori parte, aut in utraque; aut cum membrum aliquod non habet locum naturalem.

Digitized by Google

habundante, voi in delu sangue onde se forma lu figliolo de sperma voi per corrutione de notrimentu. E questa materia non passa in natura dele menbra, ca ene materiale. Ma se genera de illo le scrufole et testudine, et glandule et altre infermetate semegliante a questi.

Cap. XLVIII. — Quale infermetati se fa per diminutione.

Le infermetate le quale se fane de diminutione pervene per defectu dela natura generante. E queste infermitate sono qnandu nasce l'animale cun diminutione dele menbra, voi de tuctu et voi de parte. De tuctu, quantu tuctu lu menbru gle manca, cioene quannu nasce senza menbra, voi cecu, voi scenza menbra. De parte, quandu lu membru manca in quantitate naturale, zoene quannu l'aurà, voi l'occhio, voi lu testicolu, l'unu ene minure che l'altru, voi l'anca l'una ene menure che l'altra, zoene plu corta, unne tuctu ene diminutu; onne lu cavallu, questu patiente, dicese sculmatu.

Cap. XLIX. — Quale infermetate se fa per erru dela natura.

L'enfermetate le quale se fa de erru dela natura sono quelle le quale perveunu quandu la natura erra in dela formatione delo figliolu, cioene quando nasce lu cavallu cole ganbe torte, voi coll'onge torte denanti, voi de retu, voi nell'una e nell'altra parte, voi quandu lu menbru non à locu naturale.

Digitized by Google

Cap. L. — Qui morbi fiunt ex vitio parentum.

Morbi qui proveniunt ex parentum vitio sunt illi qui contingunt equis natis ex parentibus morbidis vel vitiosis: nam morbidi et vitiosi equi, si contingat eos gignere, generant filios ipsis morbis et vitiis irretitos. Nam, cum sperma parentum corruptum sit, necessarium est quod, ex quo corruptum in corpore producitur, quod ex eo gignitur in corpore sit corruptum. Unde gerdæ et guttæ et alia vitia, ex corruptione spermatis nata, in filiis inde procedentibus radicantur.

Cap. LI. — De varietate oculorum et pilorum.

Oculorum varietas, et pilorum color diversus, mutari non possunt, quia contingunt in ipsa generatione in prima materia, unde semper permanent secundum idem, ut videlicet cum unus oculus fuerit albi coloris et alius nigri, et unus albus et alius varius, et his similis; quia hoc accidit propter materiae diversitatem. Similiter etiam varietates pilorum accidunt in colore: diversa namque materia, currens ad loca diversa, diversitatem efficit in colore.

Cap. L. — Quale iufermetate vennu per vitiu delu patre e dela madre.

L'infermetate, le quale vennu per lu vitiu delu patre e dela manma, so' quelle le quale vennu ali cavalli, nate dali patre e dale manme inferme voi vitiose. Ma l'inferme, voi vitiose cavalli, se glese convene de generare, genera cavalli de quelle infermetate et de quelle vitia legati. Ma, concesia cosa che la sperma delu patre et dela manma sia corruptu, necessariu ene che, po' ch'ene corructu in delu corpu producente, che sia corruptu in quellu che se genera de illi. Unde le gerde e la gocta et l'altri vitia, nate de corructu sperma, in deli figlioli nascenti de illi micte radice.

Cap. Ll. — Dela varietate deli occhi voi deli pili.

La varietate del'occhi e la diversetate deli pili mutarese non pone, ca'se convene in quella generatione in dela prima materia, onne tuctavia permane in unu et in quellu medenmu. Cioene quandu l'unu occhiu ene de blancu colore, et l'altru de niru, voi l'unu blancu e l'altru vairu, voi altri colore simegliante, chè questu adevene per la deversetate dela natura. Simigliantemente la deversetate deli pili adevene in delo colore, ca'la deversa materia, currente ale locura diversa, fa diversetate in delu colore.

Cap. LII. — De infirmitatibus oculorum in genere.

Accidunt equo pluries infirmitates in oculis. Aliquando lacrimae, aliquando caligo, aliquando nubes, aliquando turbedo, aliquando pannus, aliquando macula, aliquando ungiola, quæ fiunt ex humoribus confluentibus ad locum. Fiunt etiam aliquando ex causa intrinseca, ut ex frigiditate vel calore humores dissolvente; aliquando ex causa extrinseca, ut ex percussione.

Cap. LIII. — De lacrimis oculorum et eorum cura.

Accidit frequenter in equo effusio lacrimarum immoderata, ita quod vix oculos aperire potest. Aliquando autem hoc accidit ex percussione; aliquando ex aliqua confricatione; et aliquando ex humoribus confluentibus ad oculos. Cura: Fiat strictorium in fronte patientis, scilicet de olibano (id est: thure) et mastice pulverisatis, æquali pondere sumptis, et cum ovi albumine agitatis, et ponatur supra una petia lata quatuor digitis, et ab uno tempore usque ad aliud, per medium frontis protendatur, abraso tamen loco peroptime ubi strictorium debet poni. Et tam diu strictorium tencat patiens, donec oculi destiterint lacrimari; cum vero strictorium elevari debuerit, cum acqua calida et oleo leniter elevetur. Ad idem valet si ambæ venæ magistræ utrorumque temporum igne coquantur. Item ad idem: quocumque modo accidat effusio lacrimarum, abluantur in die ter oculi vino albo purissimo, deinde qualibet vice

Digitized by Google

Cap. LII. — Dela infermetate deli occhi in generale.

Venne alu cavallu presure infermetate in dell' occhi. Alcuna fiata le lacreme. Alcuna fiata in calligine. Alcuna fiata nuvula. Alcuna fiata turbeneru. Alcuna fiata pannu. Alcuna fiata macchia. Alcuna fiata ungula, la quale ene deli humure scurrente all' occhiu. Fase alcuna fiata de causa da intru, como ene de fregedetate, voi de calore dessoglente li humure. Alcuna fiata per causa de fore, comu ene de firita.

Cap. LIII. — Dele lacreme dell' occhi et dela cura luru.

Spesse feata avene in delu cavallu pasione de lacrime senza modu, sichè appena po' aprire l'occhi. Et alcuna fiata gle avene per feruta. Alcuna feata per gractare. Et alcuna feata per li umure scurrente all' occhi. La cura. Facciaseglese la strictura in fronte, zoene delu incensu e de mastice pulverisata de uguale pesu cul alvume dell' ovu mestecata, et ponase supre una peza lata de quatro deta, dall' unu tenplu usque all' altru per mezu dela fronte sia stesa, e poi chene rasu lu locu octimamente duve se deve ponere lu stricturu. E lu stricturu tantu luntanamente lu tengia lu cavallu patiente, fine a tantu che l' occhi manche de lacremare. Quandu lu strecturu se deve levare, levese cull' acqua calla et cul' olio. A quellu medenmu vale se anbure le mastre vene delu tenplu se coca.

A quellu medenmu: in qualunca modu abenia la

cum canulla pulvis cerusae, et ossis sepiæ in oculum proiiciatur. Item ad idem: Vitellum ovi elixum, mixtum cum pulvere cimini, ligetur super oculum per unam noctem, vel plus, si necessarium fuerit, et fluxus lachrimarum cessabit. Idem hedera terrestris cum ruta cataplasmata operatur.

Cap. LIV. — De caligine oculorum.

Si oculi caligaverint aut ex percussione aut ex reumate superveniente, apponantur astelettæ sub ambobus oculis, quatuor tamen digitis deorsum, et deinde sal tritus in oculis cum quodam canulo immittatur.

Cap. LV. — De caligine et panno.

Oritur quandoque in oculis quidam panniculus albus, qui etiam puppillam oculi occupat, et visum obumbrat. Cura: si pannus fuerit in oculo sive recens sive antiquus, accipiatur os sepiæ, tartarum, et salgemma in aquali pondere, et subtiliter terantur ad invicem, et postmodum in oculo cum canulo immittantur; et hoc fiat in die bis ad minus. Item ad panum et ad caliginem oculorum: Recipe pulverem ossis sipiæ et zuccarum ana, et simul bene tere; deinde cum canulla in oculo suffletur. Recipe de lapide, qui dicitur silex ex quo itinera romanorum sunt facta, et pulveriza ipsum ita quod transeat per pannum subtilem, deinde dictum

effusione dele lacreme, l'ochi se lave lu di, de vinu blancu purissimu, delenne a onne volta colu cannolu la pulve dela cerisa e dell'ossu dela seccia se iepte nell'occhi. Ancora a quellu medenmu: unu vitellu d'ovu lessu mestecatu cola polve delu cimminu siagle legatu supre l'occhi per una nocte, e plu se ene necessariu, e lu flussu dele lacreme cessarà. Ancura la cucutia terreae cula ruta inplastata opera a quellu medenmu.

Cap. LIV. — Dela calligine dell'occhi.

Se l'occhi se incalligina, voi illu ene per feruta, voi illu ene per reuma supreveniente, mectasegle le stellaze sucta ad anmura l'occhi, quactru deta de sutta, e da lenne innanti sale tritu ce sia iectatu c'unu cannulu in dell'occhio.

Cap. LV. — Dela calligine dell'occhi e delu pannu.

Nasce alcuna fiata in dell'occhiu unu pannu blancu, lu quale tene la pupilla dell'occhi e copre lu vidimento. La cura. Se lu pannu dell'occhi ene recente, voi anticu, agi l'ossu dela seccia, la rasia e sale ienmu de uguale pesu, e suctilemente se trite insenmura, et poi se mecta colu cannulu in dell'occhi, e questu se faccia dui feata in die alumenu. Ancora alu pannu et ala calligine dell'occhi. Recipe la pulve dela seccia, zoene dell'ossu dela seccia, e delu zucaru ugualmente, insenmuramente bene tritu, delenne segle sufle in dell'occhi culu cannulu. Ancura alu pannu e la calligene ad onne

pulverem cum canullo oculo, in bis die in oculo, ad minus insufla donec curetur. Si volueris facere pulverem subtiliorem, pone ipsum in scutella [nova lignea, et munda ipsum per scutellam, deinde extrahas ex scutella] et illud modicum, quod adhæsit scutellæ, removeas ventriculo digiti. Et hic pulvis, sic subtilis, erit medicina probata ad pannum oculorum [etiam] in hominibus. Item ad pannum et ad caliginem et omnem cooperturam oculorum: Recipe pulverem tartari crudi cum canullo, insuffla in oculum, et curabitur equus. Item ad idem valet et salgemma mixtum cum stercore lacertarum ana, et sit stercus album et tritum insimul, et in oculis insuffletur cum canullo bis in die. Cavendum tamen est, ne de dicto pulvere superflue in oculis ponas, quia ex hoc possent oculi destrui et offendi. Item ad idem: si pannus fuerit vetustus, bis vel ter cum pinguedine gallinæ oculus inungatur, ita quod dicta pinguedo tangat pannum oculi; deinde pulveres, proxime dicti, in oculis immittantur per modum iam dictum. Item ad idem. Accipe panem porcinum. et hederam terrestrem, quæ bene pista simul, postmodum recipe lixivium, et misce cum urina infantis virginis, deinde cola cum panno lineo bene omnia, et colaturam, donec liberatus fuerit, immitte in oculos bis in die. Item ad idem: [Recipe] pulverem ossis sepiæ cum aloe misce et simul tere, deinde dictum pulverem in oculum cum canullo immitte. Item ad idem. Succus radicis chelidoniæ et radicis rutaæ mirabiliter corrodunt dictum panniculum. Item ad idem. Accipe viride æris et bene teras supra marmore, deinde cum vino misce, deinde sic mixtum ad modum collyrii per noctem dimittatur, postmodum in oculum mittatur; corrodit enim pannum oculi mirabiliter. Item ad idem. Fac in ovo foramem modicum per quod extracto quicquid est intus repleas ipsum

Digitized by Google

cuportura dell' occhi, la polve dela rasia cruda insuflaglo in dell'occhi, e lu cavallu sarrà curatu. Ancura a quellu medenmu vale lu sale ienma mestecatu culu sterco dele liscerte gualemente, et sia stercu blancu et tritatu insenmura, suffleseglie in dell'occhi culu cannulu dui fiata in die. Tame ene da scanzare che de quella polve non pona superflua in dell'occhi, ca questa se poterà struere l'occhi ot offendere. Ancura a quellu medenmu. Recipo dola preta che se dice assèrece, dela quale prete le viaiura deli rumani so'acconci; pulverizale si sottilemente cho passe perlu pannu suttile, e quella dicta polve culu cannulu, alumenu dui fiata in dio, lie suffla, fine actantu quelle lie cure. Se voi fare la polve plu suptile, mictila in una scudella nova de lenu et mundalu et illu demena pe' la scudella culu detu, e dapoi lu tra'dela scudella, e quellu poco che se appiccica pe' la scodella removelu cola capocza delu detu, e questa pulvo così suctile sarà una midicina provata alu pannu dell'occhi all'omini. Item: a quella medenmu se lu pannu sarà vechiu, dui fiata, voi tre, inprimamente se ungia de assungnia dela gallina, sichè quella untione tocche lu pannu dell'occhi, et delenne li procimi dicti pulve so mecta in nell'occhi per lu modu innanti dectu. A quellu medenmu: piglia lu pane porcinu o l'olora terrestre le quale bene 'iste insenmura, poi agi la lisciva e mesteca cola urina delu garzone virgene, et culalu culu panno delu linu bene, et la culatura gle micti nell'occhi dui fiata in die fine a tantu chessia liberatu. Pure a quellu medenmu: la polve dell'ossu dela seccia cul'aloe mestecata et insenmuramente tritata, et da inne innanti la docta pulve culu canulu glie sia messa in doll'oc-

Digitized by Google

de pipere, et pone in olla nova, quam et claude ita quod nihil ingredi possit; deinde dictam ollam sic clausam pone in furno ferventi et ibi stet donec candescat, postea extrahe inde ovum istud, et fac pulverem, et de dicto pulvere insuffla in oculum per canellum: Item ad idem. Panniculus ille cum acu eburnea aliquantulum elevetur, deinde ferro circumcirca incidatur, postmodum pulvis cimini cum canullo superaspergatur. Item, si equus ex aliquo accidenti visum amiserit, pone ferrum candens sub oculis ad latitudinem pollicis ita quod ferrum transeat usque ad os, et respiraculum faciat per quod aer exeat, et sanabitur.

Cap. LVI — De ungiola oculorum.

Oritur etiam in oculis equorum quædam cartilago, quæ a pluribus dicitur ungiola, quæ ad plus medium oculum occupat. Cura. Ungiolam illam cum acu eburnea elevabis, postmodum ferro vel tenaculis, ut dixi

chi. Ancura a quellu medenmu lu sucu dela radice dola celodonia et dela radice dela ruta meraveglio-samente corrodo lu dictu panniculu. Item a quellu medenmu: agi lu verderame et tritalu bene supra lu marmu, e mestecalu culu vinu a modu deli culuri deli miniaturi, et poi che ene cusi mestecatu a modu de culeriu, lassalu stare per una nocte, eppoi lu pui nell'occhi e manecarasse lu pannu doll'occhi grandemente.

Ancora a quellu medenmu: quellu pannu dell'occhi senne leva cull'acu del'avoliu, e da inno innanti lu pannu se taglie atturnu atturnu culu ferru, e dapoi la polvo delu ciminu culu cannulu ce sia spargata. Ancora a quollu medenmu: fa i''un ovu la forma per la quale cosa, tractu zo ch'ene da entru, renplilu de pepe et mictelu in una pigniata nuova, la quale inserra sì che non ce poça intrare quebelli, et questa pingniata cusì chiusa mictela nu furnu forvente uve stea che blanchesca, et agi unne ovu arsu, e fanne la polvere, e de quella pulve gle sufla in dell'occhi per lu cannulu. Ancora se lu cavallu perde la veduta por alcunu accidonto, polie lu ferru callu sub l'occhi quanta ene lata la pullicara, sichè lu ferru passe usque ad lossu e facciaglio una spiraglia, perla quale esca l'airu, et sanerà.

Cap. LVI. — Dela ungiola dell'occhi.

Nasce in dell'occhi deli cavalli una cartillagine, la quale da multi se dice ungiola, la quale a lu plu piglia mozu l'ochiu. Cura: quella ungiola cun acu d'avoliu levanela, poi c'un ferru, voi con

supra in capitulo proximo, incidatur. Item ad idem. Lacerta viridis pulverizetur cum pulvere arsenici, deinde superponatur: corrodit enim vehementer ungiolam, et hoc est expertissimum contra albulam oculorum, maxime si fuerit intra annum.

Cap. LVII. — De sanguine qui apparet in oculo Equi.

Si sanguis apparet in oculo equi, cum clara ovi apposita, ipsum potes removere. Item ad idem. Valet succus chelidoniæ. Item ad idem. Valent summitates veprium coctæ cum vino bono albo.

Cap. LVIII. — Contra maculam oculorum Equi.

Si equus in oculo maculam patiatur, accipe os sipiæ, tartarum et piper æqualiter, et modicum salis, quæ omnia pulveriza subtiliter, [et] misce cum melle sufficienti in testa ovi; postmodum ponas ad cinerem calidum, vel ad solem, ut calefiat; ex hoc unguento ungatur oculus cum aliqua penna.

Cap. LIX. — Ad oculum percussum.

Si oculus percussus fuerit, accipe panem et extrahe inde micam, et imple crustam carbonibus accensis, donec comburatur interius, postmodum pone in vino

tenaglie, cusì comu aiu dectu de supra in delu proximu capitulu, se taglie. Ancora a quellu medenmu: dela liserela virde se faccia pulve e cula polve delu arsenicu se suprepone, ca illu corrode grandemente la ungiela, et questu ene prevatissimu cuntra alcuna albula dell'ecchi.

Cap. LVII. — Delu sangue lu quale appare in dell'occhi delu cavallu.

Se lu sangue appare in dell'ecchi delu cavallu, cola chiara dell'evu postace porrailu removere. A quellu medenmu vale lu sucu dela celedonia. A quellu medenmu vale le cime dele vepre, cioene deli ruvi, cocte in delu bonu vinu blancu.

Cap. LVIII. — Contra la macula dell'occhi.

Se lu cavallu ane macula in dell'occhi, agi l'ossu dela seccia, la rasia e lu pipe igualemente et unu pocu de sale, et tucte queste cese pulveriza suctilemente et mestecalu cun mele sufficiente in una cocchia d'evu, e poi lu pui nela cenera calla, voi alu sule chesse scalle, e de questu unguentu se ungia l'ecchiu c'una penna.

Cap. LIX. — Ala feruta dell'occhiu.

Se l'occhi fosse ferutu, piglia unu pane, e tranne la mullica, et inpli la crosta de carbone apprise, fine a tantu che se arda da entru. Poi micti quela

albo crustam, et superpone oculo; et hoc facias sæpe. Postea fac saponatam cum sapone in aqua frigida, et ex ipsa lava superciliam oculi; et, si non recesserit, minue de vena capitis, quæ vadit ad collum.

Cap. LX. — Ad confricationem oculorum.

Si oculus fuerit confricatus, primo minue equum de vena oculi, postea lava oculum cum saponata frigida, et postea ponatur stelletta sub oculo.

Cap. LXI. — Contra dolorem et ruborem oculorum.

Unguentum rubeum contra oculorum dolorem et ruborem, sanguinem et panniculum, maxime si fuerit ex frigida causa, vel si ex percussione contigerit, vel quocunque modo fiat. Recipe sinopidis et tere subtilissime, et pone in aliquo vase æreo, et sint sinopidis uncia I, *farinæ frumenti subtilissime cribratae untiæ* X: *tere per se primo sinopidem, et distempera diligenter cum aqua; deinde accipe farinam tritici supradictam et distempera diligenter, cum sinopide distemperata in aqua, ad modum liquidissimi unguenti conficias, et ex tali confectione impleas medietatem vasis, deinde de bono et puro melle vas impleas, postmodum ad lentum ignem diligenter decoque, semper cum spatula agitando, et bene commiscendo, et hoc facias usque ad spissitudinem.*

Digitized by Google

crosta in delu vinu blancu et puila supra l'occhi, e questu fai spessu feata. Et poi fa la saponata in dell'acqua freda culu sapono, o dell'acquella acqua lava supro lu ciliu dell'occhio. E so non recessa, sangialu dela vena delu capu che vane alu collu.

Cap. LX. — Dela gractasione dell'occhiu.

Se l'occhiu delu cavallu sarà frecatu, imprimamente lu sange dela vena dell'occhi, eppoi lava l'occhi cola saponata frida, eppoi gle micte la stellecta sucta all'occhiu.

Cap. LXI. — Contra la russione et dolore dell'occhiu.

L'aguentu russu contra lu russure dell'occhi et dulure et sangue et panniculu, massimamente se fosse per fregedu, voi se abennisse per feruta, voi in qualunqua modu se faccia. Recipe lu sinopidu et tritalu suctilimente et mittilu in unu vasu do rame. E sia de'sinopidu G. 1. et de farina de granu bene cernuta 3. X. et inprimamente trita lu sinopidu per se, e stemperalu diligentemente coll'acqua, et poi agi la farina sopradecta suptilissimamento cernuta et mictila colo sinopidu destemperatu in dell'acqua, et confitialu a modu de liquedissimu unguentu, et de questa confectione inpli la medietate de lu vasu, et poi inpli lu vasu de bonu e puru mele, e poi lu pune alu focu, mestecandola bene tucta via c'una spatula; e questu fano fine actantu che sia factu unguentu bene spessu.

Cap. LXII. — De Vivolis.

Sunt et aliæ glandulæ, quæ iacent inter collum et caput equi, quæ in tantum augumentantur aliquando ex superfluorum humorum, et reumatis interventu, quod meatus gutturis taliter constringuntur, quod vix patiens deglutire potest, vel bibere vel comedere, seu etiam respirare: unde, nisi succurratur instanter, clauduntur arteriæ gutturis, et suffocatur patiens, et cogitur proiicere se in terram, tantum caput percutiendo ibidem, quod vix aut numquam erigitur. Hic autem morbus, morbilli seu vivulæ nuncupatur. Signa vero ad cognoscendum dictam infirmitatem sunt ista, videlicet: aures continue concutientes, et tactum ibidem effugiunt. Item illæ glandulæ tactui, et quandoque visui, patent. Item quod eis apponitur lambunt. Item sitim immoderatam patiuntur. Item calore universali infestantur. Cura. Statim quod vivulæ videntur inflari, ita quod appareant in aliqua grossicie, sicut ova, plus vel minus, ferro cuspido bene ignito funditus decoquantur, vel cum lancetta per longum funditus incidantur, aut (quod melius est) sicut vermis, caute radicitus extirpentur, tam ex una parte maxillarum quam ex alia, si videbitur expedire. Extirpatis autem vivulis, vulnera medicentur et curentur sicut vulnera vermium, ut in capitulo de verme dicetur. Item alia cura. Fiat minutio de vena, quæ est sub lingua, et de vena colli, secundum multos, postea fiat emplastrum desuper de malva, malvaviseo et de semine lini, deinde inungatur locus de butyro et unguento dialthæe. Postquam autem incipient mollefieri, cum subillo, seu stilo, argenti ferventi morbilli, seu vi-

Cap. LXII. — Deli vivuli veniente alu cavallu.

Sone glandule che giace inter lu collu e lu capu delu cavallu, le quale alcuna fiata cresce tantu per abenienza de superflui humuri, et de reina cheli myati dela canna conestrenge in tale modu, ch'à pena lu cavallu che l'anne ingloctire, voi bevere, voi manecare, voi respirare; unne, se glese non succurre incontenente, inserrasegle l'artarie dela canna et affocase, e gettase a terra, dannu lu capu per terra che appena, voi mai, se non releva. Questa infermetate se chiama vivuoli. Li signa da congnoscere questa infermetate so' queste, cioene: le rechie continuamente mena. Et alcuna feata quelle glandule pare per toccare, alcuna feata per visu. E, quando gle pui cobelli innanzi, blassialu. Et ane sete senza modu, niente, voi pocu, manduca. Item alcuna feata tremanu. Et alcuna fiata sone infestate de calore naturale. La cura: incontenente che li vivoli pare che enfle, sichè appare in alcuna grosseza cusì comu ova, voi plune voi minu, cun ferru acutu bene fucante sia copte ben in fundu voi con la lanceta per longu sia tagliatu bene in fondu, (voi, quellu che megliu ene, cusì comu lu verme cautemente sia sterpate) così comu dell'una parte dele massielle, comu dall'altra. Poi chienne sterpate li vivuli, le plaghe se medeche et curese cusì comu le plaghe delu verme, comu se decerà nelu capitolu delu verme.

Ancora un'altra cura: sangelu dela vena, la quale ene so' la lingua, e dela vena delu collu, secundu multi, et poi gle fa lo inplastru de' supra de malva

vulæ, perforentur, et in quolibet foramine stupinum, seu tastum, imponatur. Et sic procura sanare ulcera et infirmitatem prædictam.

Cap. LXIII. — De stranguillione et eius cura.

Sunt quædam glandulæ aliquando circa gulam equorum, maxime quæ videntur esse carnis, quas aliqui vocant branchas caballinas, alii strangulliones. Ilæ brancant gulam, et mandibulas, ita quod cum gurgulatione quadam spirant equi, et vix transglutiunt, et portant caput erectum, ita quod inflatio manifeste apparet in gutture: et quandoque tales glandulæ inflantur nimis, et ingrossantur intantum, quod totum guttur inflatur, et constringuntur ita meatus, quod vix equus respirare potest, et equus male comedit, et male bibit. Fit autem hæc passio per fluxum humorum, a capite ad dictas glandulas. Cura. Si ætas permiserit, fiat minutio de vena organica: quod ideo dico, quia hæc passio valde est familiaris pullis, in quibus est humiditas valde fluxilis, et a debili calore de facili dissolvitur, quæ putredini est amica. Facta igitur minutione, fiant emplastra ad maturandum et dissolvendum de malva et semine lini, ruta, absynthio et hedera terrestri, et de his omnibus fiat embrocatio. Postea fiat immixtio de oleo laurino bullito, et dialthæa, iuxta ignem. Item bibat aquam tepidam mixtam cum farina. Postea fiat cataplasma, sive emplastrum, cum cantabro, sive furfure, decocto in vino, et superponatur gutturi. Postquam autem inceperit mollificari et maturari, ita

Digitized by Google

et de malva vischiu, et de semente de linu e da inne innanti sia untu quellu locu de butoru et de unguentu do dialtea. Dapoi che se comenza anmollificare c'unu stilu d'arientu fervente li vivoli se pertonna, et in cescasunu pertusulu ce se mecta lu tastu. Et cusì cura sanare le plaghe e la infermetate predecta.

Cap. LXIII. — Deli strangoliuni.

Sone alecante gliandule alecuna feata deturni ala gula deli cavalle e spitialemente quelle cheppare essero carne, le quale alcuni le chiama branche cavalline. Alcuni le chiama strangogliuni. E queste abrancanu la gola e le guance si che alcuna fiata cun gurgulliatione alcuna fiata' e spiranu li cavalli, et appena inglocteno, e portanu lu capu dirictu, sichè la inflatione appare manofesta in dela gola. Et alcuna fiata cotale glandule enfla troppu, et ingrossanu intantu, che la canna inflase et strengeso sì li miati, che appena lu cavallu pone ispirare, e lu cavallu male manduca et male beve; fase questa pasciune per scurremente de humuri dalu capu ale dicti glandule. La cura: se la etate lu permecte sangese dela vena organica. E perciò lu dicu, ca questa passiune ene troppu famigliare ali pullitri, in dele quale ene la multa humiditate scurrevele, e da devile calore leieramente se dessogle, la quale ene amica ala sania. Facta la sangnia, facciase lu 'nplastu, a maturare et a dessoglere, de malva, de sementa de linu et de ruta, et de assenzu, et dela cucuccia salvateca, et de tucte queste coso se faccia enplastu, et poi se faza una ontione de oleu laurinu et de buturu et dealtea ap-

quod ad saniem deveniat, purgatur cum aliquo instrumento ad hoc apto, ut cum subula vel cum lanceola, et moderatum exercitium ei indicatur. Item ad idem. Cum dictæ glandule videntur sub gutture equi subito crescere, vel plus solito augumentari, ponantur setones sub gutture equi, ducendo eos mane et sero, prout videbitur expedire. Imponatur postea in capite equi coopertura linea, ungendo sæpius totum guttur butyro, et specialiler super locum strangullionis, et moretur in loco semper calido. Item aliud, si dicte glandulæ non decrescant inde. Si per agitationem setonum dictæ glandulæ non decrescant, ad modum vermis radicitus dictæ glandulæ extirpentur, et vulnus curetur, sicut vulnus vermis, ut infra in capitulo de verme patet. Item potest stranguilio destrui vel extirpari cum resalgari, per eundem modum per quem extirpantur gallæ, ut infra in capitulo de gallis dicetur. Sciendum est autem quod pulvis resalgaris, in quacumque incisione crurium vel ruptura ponatur, moderate carnes corrodit, et comedit velut ignis, unde magna est in eius positione adhibenda cautela, quia, si apponatur immoderate, mirabiliter funditus carnes corrodit.

Digitized by Google

pressu lu focu. Ancora beva acqua tepeglia mestecata con farina e fagle, unu enplastu de brenna, cocta in nelu vinu, et suprepuilu ala gola, e da poichè se comensa a mullificare et a maturare che abenia a sania, punçelliase con alcun istrumentu factu acciò, cun sibla voi lancecara, et moderatu exercitiu lie se conmande. Ancora a questu medenmu: incontenente che li dicti glandule se scop'a su la canna delu cavallu, subitamente crescere, voi anmentare plu che non sole, mectascegle li setone sula canna delu cavallu mennanule la demane e la sera cusì comu pare che gle se convengnia. E ponaglese unu coperturu de linu in capu, spesse fiata ungendu de buteru tucta la canna delu cavallu e spitialemente gle se ongia supra lu locu deli strangoglioni, e demore lu cavallu in locu bene callidu. Ancora l'altru: se le decte glandule non anminuisse per la menatione dele setone, le decte glandule se sterpe a modu delu verme dala radicina, e la plaga se cure cusì comu la plaga delu verme, cusì comu de socta in nelu capitolo delu verme se pol vedere. Ancora: lu strangoglione se po' estripare culu resalgaru, per quellu modu per lo quale se streppa le galle, cusì comu in delu capitolu se decerà dele galle. Da sapere ene che la pulve delu resalgaru in qualunca tagliatura dele ganme, voi ructura, se puna amodatamente, corrode la carne e manduca comu focu. Unne grande cautela ene d'avere in dela possitione sua; ca, se se pone senza modu, meravigliosamente corrode la carne in fundu.

Digitized by Google

Cap. LXIV. — De malo oris Equi.

Accidit aliquando quod in ore equi fiunt quædam tumefactiones, vel glandulæ, longæ ad magnitudinem amygdalarum, propter quamdam infirmitatem, quæ nascitur in ore equi, et fiant in utrisque maxillis intrinsecus, intantum coartantes et detinentes maxillas, quod more solito eas pro comestione ducere non potest. Et quia, occasione prædicta, totum os inflatur interius, palatum specialiter tumescit intantum, quod vix comedere potest, nec tentare audet; et hæc infirmitas dicitur malum oris. Cura. Si totum os universaliter inflatum fuerit, statim flebotometur in lingua, hoc est, de venis quæ sunt sub lingua, aperto tumen ore patientis artificialiter, prout videbitur expedire. Evacuato autem sanguine, prout poterit, accipiatur de sale in bona quantitate, et tantundem de tartaro, et terantur ad invicem, et de eisdem bene tritis fricetur fortiter totum os patientis intrinsecus, infuso prius sufficienter de sale et tartaro in vino fortissimo, vel aceto. Si vero, propter minutionem et alia supra dicta, intra os dictæ glandulæ non decrescant, aperto ore equi, ut supra dictum est, illæ glandulæ ab utraque parte maxillarum funditus incidantur cum aliquo parvo ferro carpendo easdem. Et, ipsis incisis vel decenter exterius extirpatis, statim fricentur vulnera cum sale, tartaro et aceto. Si autem adhuc equus palatum inflatum habuerit, inflatio ipsa cum lancia vulneretur fortiter per longum, deinde fricentur vulnera palati fortiter cum sale trito, et sic liberabitur equus.

Cap. LXIV. — Delu male dela vocca.

Abene alcuna volta che in dela voccha delu cavallu sone inflatione, voi glandule, longe a grandeza dele mandule, per una infirmetate la quale nasce in dela voccha delu cavallu, et fase innamcora dele massille dala parte da intru, intantu conestrenge le massello e detenele che lu cavallu cusì comu sole non po' manecare quandu manduca. E quasi per la occasione innanti detta tucta gle se impla da intra et spitialemente gle se intumidissi lu palatu intantu che a gran pena pone manecare, nè ardisce d'assaiare, e questa infermetate se dice male de voccha. La cura: se la voccha sarrà tucta inflata, incontenente so sange dela lengua, zoene dele vene le quale sone sula lengua; tame aperta la voccha delu cavallu infirmu artifitialamente, cusì comu pare de fare. Cazatonne lu sangue, agi lu sale in bona quantitate et altretantu do rasia, et tritala insenmura, et, poi ch'è bene tritata, frechese bene tucta la voccha da intru, missu l'acetu et lu sale et la rasa insenmura, voi vino forte. Ma se per la sangnia et per altri dicti cose, le decte glandule non assema, apercta la voccha delu cavallu, sicomu ene dictu de sopra, quelle glandule dall'una e dall'altra parto dele masselle pigliandule c'unu incinu de ferru pizulu, taglese infondo. E poi che sone tagliate, voi cusì comu se conveno et strippate, incontenente si se freche quelle plaghe culu sale et rasia et acetu. E se ancora lu cavallu averà lu palatu inflatu, quella infatione se fenda per longu c'una lancetta bene acuta, et poi se freche le plaghe delu palatu,

Cap. LXV. — De Palatina.

Accidit aliquando quod in palato equi nascitur infirmitas quaedam, quæ vulgariter dicitur la Palatina. *Apparent enim quidam sulci in palato equi concavi, sive profundi, et sanguinolenti, et quædam scissio, vel incisio, manifesta, quod contingit, vel ex comestione escæ, seu annonæ, aristosæ, quæ, quia palatum pungit, facit in palato equi nasci hunc morbum; vel contingit ex flegmate ibidem existente. Cura. Abluatur fortissime palatum cum sale et aceto fortissimo resoluto, et, facta fricatione quousque sanguis exeat, inungatur palatum cum melle bullito cum sepo et caseo assato. Item ad idem. Fiat scarificatio cum ferro minutissimo, ut humor grossus libere educatur: et postmodum supradicta adiutoria fiant, scilicet ablutio et unctio.*

Cap. LXVI. — De Lampasco.

Lampascus est infirmitas quæ in superiori parte oris et super dentes ex sanguinis habundantia fit. Cognoscitur sic: sulci, qui sunt inter anteriores dentes, cum tumore supereminent, ita quod escam tenere equus non potest, sed eam dimittit cadere de ore. Cura. Habeas falcem unam curvam ad modum literæ C, bene acutam, quam bene calefacias, deinde cum dicta falce secetur inflatura duorum primorum ra-

Digitized by Google

cu lu sale bene tritu, et cusì lu cavallu sarà liberatu, tucte queste cose usandu.

Cap. LXV. — De lu male dela palatina.

Alcuna fiata abene che nasce in delu palatu una infermetate che ugualemente se dice palatina: appare alcune sulci in delu palatu delu cavallu cavati et profundi et sanguinenti, et una tagliatura manifesta, che abene per lu manecare de l'annona arrischiusa, che ponçeca lu cavallu in delu palato e fa nascere questa infermetate in delu cavallu. Voi illu abene per flenma la quale c'ene. La cura: lavese lu palatu fortemente con sale et acetu forte resoluto, e poi chene facta la fricatione fine a tantu che n'esca lu sangue, et ungase lu palatu con mele bullitu cun cepolla et casu rustu. Ancora a quella medenmu: fazaglese una frecatione minutissima culu ferru che lo humore grossu ne esca, e dapoi chessia facte le decte aiutoria, ciò ene la lavatione et la untione.

Cap. LXVI. — Dela infermetate delu lanpastu.

Lu lanpastu ene una infermetate che nasce in dela parte de supra dela voccha super li dente, e fase per habnndantia de sangue. Congnose cusì: li sulci che sone in trelle denti dinanti culu tumore supre sta, sichè lu manciare non pone tenere... magle cade dela voccha. Cura: agi una falza corva a modu de lectera C, sia bene acuta, la quale bene scalla, et delenne cula decta falce se seche la in-

diorum, hoc est sulcorum, adversus anteriores dentes, tantum extrahendo, quantum falx semel capere potest. Quod si infirmitas sit nova et cum parvo tumore, tunc de tertio sulco inter anteriores dentes cum ferro acutissimo minuatur, vel sulcus ille per medium, ut sanguis exeat, incidatur.

Cap. LXVII. — De Floncellis.

Floncellæ sunt infirmitates, hoc est: inflationes molles et parvæ, et in medio nigrescunt, quæ sunt infra os equi in labio contra molares dentes, quæ ex comestione gelidæ herbæ, vel attractione asperi pulveris super labium et maxillas demorantis, nascuntur, et escam suam cadere cogunt. Cura. Floncellæ illæ percutiantur in medio inflationis cutis, et foras extrahantur, sicut lampascus, cum ferro gracili unco vel acuto in summitate sicut puncta stili, et cum cultello bene acuto tota summitas floncellæ in modum litera O, sive in modum annuli, incidatur.

Cap. LXVIII. — De læsione linguæ Equorum.

Malum linguæ contingit diversis ex causis, et fiunt ibi multa ulcera et diversa. Aliquando læditur ex morsu dentium; aliquando læditur a morsu freni; aliquando læditur ex quadam infirmitate, quæ dicitur pinzaneze, unde satis equus affligitur, et magnam partem comestionis amittit. Cura. Si læditur lingua ex transverso a dentibus vel a freno citra vel ultra medietatem lin-

Digitized by Google

flatura de dui primi gradi, cioene le quale stane ali denti denanti, traendu sulamente quantu la falza pone piliare semu. Che se la infermetate sia nova et cun pizulu tumure, alura delu terzu sulcu intre li denti denante cun ferru suttilissimu se sange, voi quellu sulcu se tagle per mezu che n'esca lu sangue.

Cap. LXVII. — Dela infermetate de le floncelle.

Le fluncelle sono infermetate, cioene inflatione molle et pizule et in mezu so' nigre, le quale so' infra la voccha delu cavallu in delu labru contra li denti massillari. La quale per mangiare gerva gelata, voi per actratione de pulve aspra demurante supre lu labru e la massiella, nascenu, et soe mangiare gle cade. Cura: quelle fluncelle se pertunna de ferru suttile, voi acutu in dela ponta cusì comu na ponta de stilu, et caccise comu lu lanpastu, et c'unu coltellu bene acutu tucta la sumetate de le floncelle se tagle a modu d'una lictera O, voi d'unu anellu.

Cap. LXVIII. — Dela lisione dela lengua.

Lu male dela lengua avene per diverse accasioni et fase in della molte plague et diverse. Alcuna fiata se ammaca per moccecu deli denti. Alcuna fiata per lu mursu delo frenu se lede. Alcuna fiata gle abene per alcuna infermetate chesse chiama punsunisi: unne lu cavallu assai se afflege e perde gran parte dello manciare. Cura: se s'anmacca la

guæ reliquum linguæ penitus incidatur; quoniam læsio illa incurabilis quasi fore discernitur, et parum equus exinde deterioratur, si partem aliquam linguæ perdat. Si vero læsio illa sit tantum transversalis et parva, vel fuerit longa, seu in longum protracta, tunc sive extiterit magna sive parva, fiat tale unguentum: Recipe mellis rubei et midullarum ossis carnium porci saliti ana, et aliquantulum calcis vivæ, tantundem piperis pulverizati, quæ omnia insimul bulliant et adeo agitentur simul, quod fiat sicut unguentum. De tali autem unguento bis in die super ulcera linguæ ponatur, ablutis prius ulceribus vino tepido. Frenum vero, usque ad consolidationem ulcerum, non imponatur equo aliqua ratione. Prædicta vero cura fiat donec ulcera linguæ fuerint consolidata. Si autem malum linguæ fuerit ex malo quod dicitur pinzaneze, curato morbo, sicut dicitur in capitulo de pinzaneze, quod suo loco subscribam, ulcera linguæ curentur.

Cap. LXIX. — De barbulis sub lingua.

Barbulæ sunt in palato equi sub lingua in modum siccæ mammillæ alicuius bestiolæ, quæ, quando ultra tertiam partem grani frumenti in longitudine excrescunt, equum comedere prohibent. Cura. Attrahantur barbulæ sursum a palato cum gracili ferro unco vel acuto, et cum forficibus juxta palatum secentur.

Digitized by Google

lengua per traversu da li dente, voi dalu frenu de quà voi de là delu mezu dela lengua, quellu che remane dela lengua appestuctu senne tagle, ca quella lisione ene incurabele, voi pare essere, e lu cavallu pocu se ne pejora se perde alcuna parte dela lengua. Ma se quella lisione ene traversa et pizula, voi longa, et allora voi sia pizula, voi grande, fazasegle cutale unguentu. Recipe mele russu et de medolla de carne de porcu salata, gualemente, et de calce viva, et altretantu de pulve de pipe; tucte queste cose bulla insenmura, et perciò se demene insenmura chè se faccia unguentu. E de cotale unguentu dui feata in die se puna supre le plaghe dela lengua; ma nanti lava le decte plaghe dela lengua culu vinu callu. E lu frenu se non mecta alu cavallu, fine actantu che le plaghe sia bene sollate, per alcuna rasione. E la predecta cura se gle faccia fine a tantu che le plaghe dela lengua sia sanate. Se lu male dela lengua abene dalu male che se chiama punsunese, curase cusì comu se dice in delo capitolo deli punzonisi, la quale cosa in soi locu la scriviraju, le plaghe dela lengua comu se cure.

Cap. LXIX. — **Dele barbule.**

Le barvole sono in delu palatu delu cavallu sula lengua a modu de sese secche d'alcuna bistiola; le quale, quannu cresce per longu plu che terza parte de granu de furmentu, nollassu manecare lu cavallu. La cura: actragase le barvole susu dalu palatu c'un uncinu de ferru suctile, voi acutu, et culle forfice se tagle appressu lu palatu.

Digitized by Google

Cap. LXX. — De frigiditate capitis Equi.

Fit quædam infirmitas in capite equi universaliter dolores inferens, distorditiones, sive stupefactiones, inducens, tussim provocans, oculos inflans, aliquando eo lacrimare faciens, aliquando ylia propulsare; quæ infirmitas de levi equo accidit, cum in stabulo satis calido manens, ad ventum subito extrahatur; et aliquando contingit ex aliis superfluitatibus, occasione aliqua contingentibus, unde patiens tussire cogitur; et nuncupatur hæc passio frigiditas capitis. Cura. Huic infirmitati sic commode subvenitur: Glandulæ illæ, quæ dicuntur vivulæ, adiacentes inter collum et caput, scilicet sub maxillis, funditus decoquantur, cum ferro cuspido ipsas funditus perforando, et in medio frontis cum ferro rotundo similiter decoquantur, ut humores ex frigiditate commoti exterius evaporent. Similiter setones sub patientis gutture supponantur, ut ex eorum agitatione dicti humores viam habeant exeundi. Teneat etiam patiens in capite continue laneam cooperturam; butyrum etiam in auriculas frequentur immittantur, fricando eas etiam exterius. Item ad idem. Ponatur oleum laurinum in una petia linea, et in freni morsu decenter ligetur, equo semper cum tali freno bibente. Item ad idem. Sauvia ligetur in morsu freni, equo bibente, quia mirabiliter operatur. Item ad idem: fumus panni linei combusti per nares receptus ab equo mirabiliter iuvat. Item ad idem. Recipe fænigræci libram unam, et facias in tantum bullire in aqua quousque crepet, postea immisceas farinam frumenti, in quantitate unius vel duarum librarum, cum aqua decoctionis prædicta ad modum nar-

Digitized by Google

Cap. LXX. — Dela fregedetate delu capu et la cura sua.

Fase una infermetate in delu capu delu cavallu universalmente dantegle idolore, indulcentelie pagure et tremore, provocante tussa, inflantegle l'occhi, alcuna fiata faccentele lacremare, et alcuna fiata gle fane sonare le flancora. La quale infermetate ligeramente avene alu cavallu quandu stane in estalla troppo callida e subitamente lu trai alu ventu. Alcuna fiata gle abene per altre superfluitate abenentegle per alcuna occasione; unde lu cavallu abente questa passione tussi; et questa passione se chiama frigidetate de capu. La cura: a questa infermetate cusì utilmente segle sobene: quelle glandule chesse chiama vivoli, che iace inter lu collu e lu capu, cioene sule massielle, sia coctu ben affunnu, c'unu ferru acutu pertundennu ille affonno. Et in mezu dela fronte simegliantemente se coca c'unu ferru rotundo, che li humuri, da fregedetate conmosseti, suapore da fore. E simigliántemente se gle mecta li setone ala gola, chè pello menare de li setone li humuri aianu via d'iscire. E tuctavia lu cavallu tengnia unu coperturu de lana sopra lu capu, et lu butoru spessamente segle mecta inne le rechie, frecandule da fore. Ancora a quellu medenmu: mectase l'oliu laurinu in una peza de linu e liegheglese in delu murssu delo frenu convenevelemente, e lu cavallu tuctavia beva colo frenu, ca opera meravegliosamente. Ancura a quellu medenmu: recipe fenu grecu libr. j. e fallu bullire nell'acqua fine attantu che crepe, eppoi ce mesteca de farina de grano in quantitate d'una libra, voi de

ratum, et da equo quotidie bis in die, et nihil aliud da ei bibere; deinde fænumgræcum siccetur ad solem, et postea misceas cum annona, et des etiam sibi comedere: fiat hoc novem diebus et curabitur equus, et efficietur ex hoc magis pinguis et magis sanus. Item ad idem. Valet frumentum bene coctum, positum in sacculo intantum calidum, quantum equus poterit sustinere, si ligetur ad caput equi taliter positus, quod ore et naribus intra sacculum per nares fumum recipiat, et de grano, si voluerit, comedat. Item ad idem. Valet frumentum cum pulegio et salvia decoctum, et per eundem modum in sacculo præparatum, prius patientis capite decenter cooperto. Item ad idem facit fumigium tale: Recipe testudines, sive tartarucas, et decoquantur optime in aqua, deinde fumus earum recipiatur per os et nares equi, prius capite bene cooperto. Item ad idem valet fumigium factum ex decoctione pulegii et savinæ, receptum per nares, prius capite bene cooperto. Item ad idem: Recipe petiam de lino, et stricte in capite alicuius baculi ligetur, et linatur sapone saracenico, et frequenter in nares equi immittatur, quantum versus cerebrum magis leniter ire poterit, postea extrahatur; ex hoc enim sternutationes emittet cum superfluitatibus, et humoribus, quæ sunt in cerebro, quod suæ liberationis est causa; ex crebra enim sternutatione cerebrum purgatur. Item ad idem. Valet butyrum positum inter nares mixtum cum oleo laurino, custodiendo semper equum a frigore et a frigidis cibis, et utatur calidis, et bibat assidue aquam bene coctam cum semine fæniculi et modico vini, quæ parum tepefacta misceatur cum modica farina frumenti; et si equus noluerit hanc aquam bibere, tamdiu maneat sine potu quousque, urgente siti, totam bibat. Potatio utilissima, quæ valet tussientibus gravissime, et

due, cola predecta acqua de quella coctione dettezata, e deglelu a bevere alu cavallu tuctavia doi flata in die, et nogle dare altro a bevere, e da inne seccha lu fenu grecu alu sole e mestecalu col'annona e daglelu a manecare, e questu fane per nove dì, e lu cavallu sarrà guarutu, et sarrà plu grassu et plu sanu.

A quellu medenmu: vale lu furmentu bene cotto, e messu in una saccuta, intantu callu quantu lu cavallu po'soffrire, cusì legle alu capu delu cavallu in tale manera, che la vocca e le nara tengnia intru na saccuta, che recipa quellu fume, et se vole manecare delu dectu, poçane manecare. A quellu medenmu: vale lu furmento culu poleju e la savina cotto per quellu medenmu modu messu na saccuta, imprimamente copertu lu capu delu cavallu i' unu coperturu de lana. A quellu medenmu: faglie cutale fume: agi la testugine e sia bene cocta in dell'acqua, e lu cavallu recipa quella fume per la vocca et per le nare, e lu capu delu cavallu sia bene copertu. A quello medenmu: aia una peza de linu e legala strectu in capu de unu fuste, et ungela de sapone saracenescu, e spessu la micte per le nara delu cavallu quanto po'gire infre lo cervellu ligeramente, et poi senne traga, e farrallu sturnutare, e cazaranne la superfluitate e li umuri, li quale sone nelu cavallu, et è chasione de sua liberatione, ca per lu spessu sturnutare lu cerebru se purga. A quellu medenmu: vale lu botoru postu inter le nare mestecatu coll'oglio laurinu, guardannu lu cavallu tuctavia da cevora fregede, usandu le callide; e beva assiduamente acqua cocta con semente de finocchiu et poco de vinu, unu pocu calla et mictice unu pocu de farina de granu; e si lu cavallu la non volerà

stranguriosis atque cimorosis: Recipe cortices medianos arboris alni, quæ crescunt super ripas aquæ, et munda bene a superfluitatibus exterioribus, et impleas ex illis aliquam ollam novam, et aquam claram in ipsa mitte, ita quod cortices sint bene aqua coperti, et bulliant usque ad consumptionem dimidiæ partis aquæ, et iterum olla impleatur aqua sicut prius, et bulliat usque ad consumptionem dimidiæ partis aquæ; tertio ponatur aqua, ut supra, et bulliat usque ad consumptionem prædictam. Hoc facto, coletur per pannum vel stamineam, et cortices, bene expressi, proiiciantur, deinde misceatur ex illa colatura duæ partes, et una pars sagiminis lardi, vel butyri, et calefiant. Ex tali commixtione tepida unus cyathus cum cornu in gulam equi mittatur, et unus cyathus in narem equi proiiciatur. Equus vero ventrem vacuum ab esca et potu habere debet quando datur sibi potio; postea per tres horas non bibat, nec comedat, iterum a frigore bene custodiatur, sicque semel, vel bis, in die fiat per tres dies. Cressiones vero et aliæ herbæ calidæ, quæ calefacere et attenuare possunt humores, dentur ad comedendum, si fuerit æstas; sed, si fuerit hyems, senationem, et pultem tepidam factam de furfure tritici, et aquam calidam bibat, et caveatur ab aqua frigida. Cum autem ex cimorra vel stranguria periclitatur et oppilatione narium, ut nihil per os proiiciat, tunc, cum supradicta mensura potionis, tria cochlearia eiusdem liquoris tepidi, intra nares ipsius prima die proiiciantur, et duo cochlearia in secunda, et unum in tertia immittatur. Caput vero equi cum freno sursum teneatur, ac baculus in ore ponatur, donec totus liquor per meatus narium in caput decurrat. Item ad idem. Inungas equum in ventre, yliis, et timporibus tali confectione: Recipe dialthae. 3. 6. olei laurini. 3. 2. pyretri.

bevere, fagle tantu durare la sete, che, cone strectu dela sete, tucta la veva. La uttima beverateça, la quale vale a quelle che tosse et strangoriose, et ali cimorusi. Recipe lu mezanu dela scorza dell'alnu, le quale cresce supra la ripa dell'acqua, e mondala bene dala superfluitate de fore, et inplenne de quelle scorze una pignita nova, e mictice l'acqua chiara, sichè le scorce sia coperte dall'acqua, e bulla che asseme la meza parte de l'acqua Et un altra fiata reinple la pigniata dell' acqua comu fò lu primu, et bulla finechè asseme per mezu l'acqua. Ancora un altra fiata reinple la pignata che bulla et asseme comu ene dectu, e poi ch'è fatta, colela c'unu pannu, voi cola stamengnia, e quelle scorce sia bene spressiate et gectale; et dui parte de quella colatura se mesteche cun grassu de lardu, voi de butiru, e scallese. E questa mestecanza calla, unu gotu gle senne dea a bevere culu cornu, et unu gotu gle se mecta per le nare. E lu cavallu sia deiunu quandu gle se dà a bevere questa beverateça, et poi che gle data, lu cavallu stea per iiij hore che non manduche ne beva, e guardase bene dalu fredu, sichè semu in die se faccia fine a iij die. Crescione et altre herbe callide, che po'scallare et assuctigliare li humore, gle se deda a manecare siene de state; e, se ene vernu, beva la senatione et pultra fatta de brenna de granu, et beva l'acqua calla e guardalu dall'acqua freda. Quannu ene in periculu dela cimora, voi de stranguria, de oppilatione dele nare, che niente gecte per la voccha, allora dela predecta beverateça gle sia data tre cochiare per mesura de quellu licore tepidu infra le nare chessia iectatu lu primu die; et dui cochiari in delu secundu die, et unu cuchiaru in delu terzu

3. 5. *hæc omnia conficiantur ad modum unguenti, et ungatur equus in locis prædictis bis in die, usque ad quatuor vel quinque dies; quia curabitur si Deus voluerit. Unum medicamen non est prætermittendum, quod nunquam me decepit, et est medicina ad equum graviter infrigidatum: Accipe vitalbam, vel vitablones, quod melius est, et auferas inde frondes, quas abiicias, ramos autem dictæ vitalbæ, vel vitablonum, incide ad mensuram unius palmi, et facias talia frusta de vitalba, seu vitablonibus, quod melius est, usque ad manipulos tres vel quatuor, quos frangas inter duos lapides bene, et ponas in uno sacculo lineo, deinde suspende dictum sacculum cum prædictis frustis sic, ut supra, confractis ad collum equi, intromisso ore, ita quod non possit comedere cum dentibus stipites illos, et propter fumositatem illius herbæ omnes humores mali exeunt foras. Hanc medicinam sic facies bis, vel ter, vel amplius, et hoc pluries sum expertus.*

Cap. LXXI. — De Cymorra et ejus cura.

Est quædam infirmitas cymorra vulgariter dicta, descendens ab equi capite diu frigidati, proveniens ex cursu rheumatis, per nares continue, sicut aqua, humores

dine gle se mecta da entru nele nare. E lu capu delu cavallu se tengnia colu frenu in altu, e mectaglese lu fuste in vocha fine actantu che tuctu lu licore per li miate dele nara decorra alu capu. A quellu medemu: ungi lu cavallu in delu ventre, et in dele flancora, et in dele tenpla de cotale conffetione: Recipe di altea unc. vj. et de oleu laurinu 3. ij. et de piretru 3. j. et tucte queste cose se conffitij a modu de unguentu, et ungase lu cavallu in dele decte locura doe volte in die fine a iiij. voi a v. dine, e curràne, se deu volerà. Unu medecamentu non è da lassare, ca iammai non me inganone, et ene medicina alu cavallu grevemente infredatu: Agi la vita alva, voi li vitabloni, che ene megliu, et tollenne le fronne et iectale via, e li rami dela vita alba, voi de vitablone, taglia anmisura de unu palmu, et fa cutale pezi de vitalva, voi de vitablune, ch'ene megliu, fine a tre manopoli, voi iiij. et azachale bene intre due pre', e mictele in una saccuta de lino, et appende questa sacucta, culi dicte peczi cusì aççuaccati, alu capu, che tengnia la vocca de intru in dela saccuta, sichè nonne poza manzare. Et sic, per la fumositate de quella erba, tucti li mali humuri exirà fore. E questa medicina fa dui, voi iij feata, voi plu; et questa medicina presure fiata l'aio provata. Nota et altru ene la vitalva et altru ene lo vitablune, ma le vitablune ene meglio.

Cap. LXXI. — Dela cimora seu capo morto e dela cura sua.

Ane una infermetate vulganamente dicta cimora, descendente de lu capu lontana mente infredati, veniente per cursu de reuma escente per le nare conti-

frigidos educentis, et quandoque etiam spissiores. Accidit autem hic morbus propter antiquam infrigiditatem, aliquando propter vermem, qui dicitur volatilis, unde fere totam capitis humiditatem equus emittit per nares. Et scire debes quod inter omnes passiones, quæ propter distemperatiam qualitatum accidunt equis, nulla est adeo periculosa, nec tantum suspecta, sicut passio rheumatica, quæ ex frigiditate contingit. Quod triplici ex causa provenit: vel quia huiusmodi animalia meatum habent amplitudinem, et humorum copiam, unde frigiditas, inveniens apertos, libere subintrat, et cerebrum constringens, ipsum in humores facit distillare, qui ad spiritualia descendentes, ea replendo, causa sunt suffocationis; vel quia frigidæ et siccæ sunt complexionis, unde, tum ex frigiditate conplexiva, tum ex frigiditate aeris humores congelantur, et meatus similiter replendo, suffocationem operantur; vel quia frigiditas multum est intensa, unde calorem naturalem paulatim conculcat, quo deficiente, frigiditas mortificat. Qualiter ergo fiat hæc passio, ex prædictis manifestum est. Signa in hac passione sunt ista: Narium et aurium et extremitatum frigiditas, oculi graves, caput demissum, totius corporis gravitas, tussis concomitans, appetitus defectus, et maxime potus, tremor etiam quandoque supervenit. Cura. Fiat statim in equi capite lanea coopertura, et semper in loco calido consistat, nec non pro victu sunt ei calida adhibenda. Solet etiam prodesse hujusmodi patienti pascere parvas herbas, quoniam, capite semper in terram depresso propter sumendas herbas, pars maxima humorum exterius per nares a capite emittitur. Ad idem valet etiam fumigium peciæ combustæ, vel bombycis veteris combusti; quoniam humores antiquos congelatos dissolvit. Item ad idem. Valet pecia linea, in capite alicuius baculi stricte ligata, et postmodum sa-

Digitized by Google

nuamente cusì comu l'acqua, aducente humure fridi, et alcuna flata plu spissi. Avene questa infermetate pre antiqua infredatura, alcuna fiata per verme che se dice volativu, unne quasi tucta la humiditate delu capu lu cavallu la caza per le nare. E deve sapere, che inter tucte le passione, le quale per destenperantia dele qualetate abene ali cavalli, nulla ene si pericolosa, nè tanto dubitosa, comu ene la passione reumatica la quale abene per fregedetate. Ca per iij. accasiuni pervene: voi che l'animalij de questu modo anu unu anple meati et copia de humure, unne la frigidetate, trovante li pori aperti, liberamente se ne intra, et connestriniente lu celebru in dele humuri fale goctçeare, ca desendente ale spirituale menbra, reinplendu ille, sone occasione de suffucatione; voi chasione de frigeda e secca conplessione, unne sia da fregedetate conplessiva, sia da fregedetate dell'airu, li humuri se congela, et simigliantemente, renplendu le meati, opera suffocatione; voi che la fregedetate ene multo granne, unne appocu vince lu calore naturale, lu quale mancando, la frigidetate mortifica. In che manera se faccia questa passione, per le cose innante decte ene manefestu. In questa passione queste so li signa: la frigidetate dele nare e dele rechie e dele estremitate, l'occhi greve, lu capu demessu, e greveza de tuctu lu corpu, la tussa l'acconpania; defectu d'appetitu, et spitialemente de bevere; alcuna fiata gle soprevene tremore. Incontenente gle se faczia la cura: facciaglese una copertura de lana in capu, e tuctavia stea in locu callidu, et n'gle dare cose callide a manecare. Sogle fare prode lu pascere la pizula erva, ca tuctavia tene lu capu a terra per pascere la herba, la maiore parte deli humore de

pone sarracino illinita, et intus nares immissa quantum levius poterit, et postea statim extracta, ut supra in capitulo de frigiditate capitis dixi; quoniam ex crebra sternutatione purgatur cerebrum, et contingit patientem aliquando liberari, sed raro; nam talis infirmitas, ut in pluribus, incurabilis judicatur. Item ad idem alia cura. Bibat equus patiens aquam tepidam cum farina mixtam, et utatur cibis calidis, ut supra dixi, deinde cauterizetur in fronte, et super spatulas in iliis et in cauda, ut humor ad saniem deducatur: postmodum habeas testas, sive lateres, calidas, vel pilas, seu vasa plena carbonibus, et circa equum teneantur, ut fortiter calefiat; et ventrem et ilia unguentis calidis et oleo calido perungas, et oleo laurino, dialthæa, et aliis similibus, et a frigore caveatur; vel inungas ventrem et ilia et tempora confectione facta ex dialthea et oleo laurino et pyretro, ut dixi supra in capitulo proximo. Item ad idem. Valet, si acceperis amurcam olei et intinxeris ibidem linum, et incendendo et extinguendo feceris fumigium in naribus equi frequenter. Item ad idem. Valet, si acceperis auri pigmentum et sulphur, et posueris super carbones, et in naribus equi feceris fumigium, ut humores in cerebro congelati dissolvantur, et per meatus cerebri exeant. Item ad idem. Detur equo farinata composita ex farina frumenti mixta cum pulveribus specierum calidarum, ad hoc ut natura confortetur. Species calidæ sunt hæ: cinnamomum, galanga, gingiber et his similes. Et in farina supradicta debes miscere modicum de sale; et quotidie laventur caput et crines vino ubi sint decocta ruta, absinthium, savina, iuniperus, frondes lauri, et hyssopus. Item ad idem. Valet si provocetur in equo sternutatio cum pulveribus ellebori et piperis, et dictus dulvis iniiciatur per nares; acuto enim fumo sursum

fore le caccia dalu capu per le nare. A quellu medenmu vale lu fume dela peza arsa, voi dela vanmace vecchia arsa, ca dessogle li humuri antique adunati. A quellu medenmu vale una peza legata in unu fuste, unta de sapone saracenescu, messa per le nara quantu plu ligeramente se po' mictere, et incontenente ne sia tracta, comu aiu dectu de supra in delu capitolu dela fregedetate; ca per spessu sturnutare, lu cervellu se purga, et alcuna fiata lu cavallu se libera, ma rade volte. L'altra cura: lu cavallu cusì infermu beva l'acqua tepeglia mestecatace la farina, et use civi callidi, comu aiu dectu de sopra, e deaglese lu focu in fronte et supre le spatule, in dele flancura et in dela coda, chè lu humore se aduca ad sania. E poi agi teste, voi matone, calli, così comu pigniate, voi vasa plene de carvone apprese, et tengniase de turnu alu cavallu che fortemente se scalle. E lu ventre e le flancora gle unge de unguenti bene callidi, et de oglio callidu et de oliu laurinu et de dialtea, ed altri tale unguente simigliante, et guardese delu fredu; voi tu gle ungi lu ventre e le flancura e le tenpla de confectione facta de dialtea et de oleo laurinu, et de piretru, comu aiu dectu de supra in delu prossimu capitulu. A quellu medenmu vale se tu ungerai de morca d'oliu unu cenzu et, aprendendulu et ranmurendulu, faraglenne fume in dela nara spessamente. A quellu medenmu vale l'auro pimintu e lu solfu postu in delo carbone, faglene fume in dele nare delu cavallu chesse dessoglia li humuri congelati in delu celebru, che escanu per li meati delo celebru. A quello medenmu: dease alu cavallu una farinata conposta de farina de furmintu, mestecatu con pulve de spetij callide, acciò che la

penetrante, cerebrum a superfluitatibus exoneratur. Item aliud. Recipe alea, piper, cinnamomum et garyophyllum, hæc omnia bene simul terantur cum albumine decem ovorum, deinde misce cum ipsis aliquantulum de bono vino, et da equo cum cornu ut totum per os recipiat. Item ad idem. Fac bullire ebulos et sambucos cum superfluitatibus alliorum in aqua salsa macerata, deinde per eundem modum dabis equo ad potandum. Item ad idem. Recipe euforbium 3, *III. et tere subtilissime, succi bletarum lib. I., quæ simul fortissime admisce; deinde recipe de sanguine porci libram mediam, et funde, postea superaddas sibi succum prædictum cum pulvere mixtum, et simul fac omnia ista bullire, donec humiditas sibi reddatur; postmodum eleva ab igne, et superadde d. I. de novo pulvere euforbii, et simul fortiter misce, et sic habebis unguentum optimum, quod potes custodire in pyxide aliqua; et quando operari volueris, fac stuppas longas et inunge ex dicto unguento fortiter, et immitte per nares equi, ita quod bene intrent intus, et dimittas ibi modicum stare, postea extrahas, quia videbis quasi statim de capite equi descendere putredinem infinitam; et, si tibi videtur, reiterabis per alium diem. Et scias quod si infirmitas est nova, liberabitur equus; si vero antiqua, infirmitas illa adeo celabitur, quod usque ad quindecim dies non poterit aliquis perpendere quod equus habuerit infirmitatem prædictam. Et nota quod in hac aegritudine signum curationis est, si quando coctæ fuerint, vel cauteriatæ, emittunt saniem; malum autem signum est, si equus emittat per pectus sonitum raucum, maxime si, ex defectu virtutis suæ naturæ, equus tussire desierit.*

Digitized by Google

natura se conforte. E le spetie callide sone la cannella, la galanga, la gengerva e le semegliante a queste. Et in dela farina supradecta deve anmestecare unu pocu de sale, e tuctavia se lave de vinu li capilli e lu capu, et in delu vinu sia cocta la ruta e lo 'ssenzu e la savina e lo ienepolu e le fronne delu loru e lu isopu. A quellu medenmu vale sesse aduce alu cavallu sternutatione culi pulvi delo eboru e de pepe, e la decta pulve gle sia messe per le nare, ca vaice lu fumu passante susu in delu celebru, et scarcase dala superfluitate. Ancura all' altru. Recipe agli et pepe e canella e garofali, e tucte queste cose insenmuramente se tritenu cun albume de x. ova, et cun ille amesteca unu pocu de bonu vinu e dallu alu cavallu a bevere colu cornu, che tuctu lo recipa per la voccha. Ancora a quellu medenmu: fa bulire li gebli e li sanmuci cula paglia del agli in acqua salata, voi acqua salata marina, et de lenne nanti per quellu medenmo modu daraigle a bevere alu cavallu. Ancora a quellu medenmu recipe 3. iij de euforbio e tritala suctilissimamente, e de sucu de blite libr. j., le quale insenmuramente le mesteca; de lenne recipe de sangue de porcho libr. 5. et aiungese lu predectu sucu mestecatu cula pulve supradecta, et in senmuramente fane tucte queste cose bullire, fine actantu che illu recipa la humiditate, et poi lu leva dalu focu, et aiungiu una 3. de nova polve d' eforbiu, et insenmura fortemente le mesteca. E così averai octimu unguentu, lu quale repiu 'na vossula. E, quando lu voi operare, agi la stoppa longa et ungela delo dectu unguentu fortemente, et mictela per le nare delu cavallu sichè intre bene de intru, et lassalu stare unu pocu: e poi ne lu trai, ca ve-

Cap. LXXII. — De scabie et pruritu colli et caudæ Equi.

Contingit aliquando quod in collo equi, iuxta garese, et in trunco caudæ pruritus, sive scabies, generatur; unde ex continua confricatione fiunt ibi pustulæ, et pili, sive crines, cadunt, quod accidit tribus ex causis. Vel ex pulvere ibi diutius existente, propter quod putrefiunt radices pilorum, et ex hoc pili cadunt; vel ex macredine, membra enim debito nutrimento depauperata, sive privata, cum ex grosso sanguine et fæculento nutriantur; similiter fumositates, quæ ad pilorum conveniunt generationem, minus idoneæ existentes, nullam reparationem faciunt, imo ex ipsarum superpositione radices corrumpuntur, et ita fit casus pilorum: vel ex sanguine superaccenso ibidem decurrente, unde ex humore illo, quasi cholerico, pungente et mordicante et consumente, et siccitate intercidente radices, fit casus pilorum. In alio libro dicitur: cum super natura huius ægritudinis ab aliquibus meis familiaribus interrogarer essemque requisitus ab eis ut originem et curam

Digitized by Google

derai incontenente 'scire sania infinita delu capu delu cavallu. E così comu pare un altru die lu farai. E se la infermetate ene nova, lu cavallu se libera; e se la infermetate sarrà antica, se, celarane usque a xv. dì, e non senne porrà adare qui belli che lu cavallu aia la predecta infermetate. Et in questa infermetate ene signu de curatione, se, quannu se fannu le cocture, mectenu sania. Ma malu signu ene, se lu cavallu mecte per lu pectu sonu arrocatu, spitialemente se per defectu de virtute, voi de natura, lu cavallu manca de tussire.

Cap. LXXII. — Dela scaia, voi dela grattatura, voi de prurito in delu collu, voi in dela coda delo cavallo.

Alcuna volta avene che in delu collu delu cavallu appressu lu guarrese et in delu truncu dela coda, pruritu, voi scabie, se genera, unne de spessu gractare se genera pustule e li pili dela coda se ne cade e li capilli. La quale cosa abene per tre accasiuni: voi per pulve lontanamente demorante, la quale cosa gle se fraccia la radicina deli pili, et perciò li pili gle cascanu; voi per macreza, ca le membra de debito nutrimentu sono private, concessiacosa che illi se notriche de sangue grossu et puzulente, e simigliantemente le fumositate, le quale se convene ali pili in le generatione, menu digne permanente, non fannu reparatione, ma le radicine se corronpenu per la suppisitione loru, e cusì se fannu li cadimenti dili pili; voi per sangue infucatu in quellu locu decorrente, unne de quellu humore quasi culericu pungente e moccecante e consumante, abeniontece la sichetate e tagliante le radi-

hujus morbi ipsis notificarem, qua possent equis suis, qui hac scabie erant mirum in modum molestati, succurrere et pristinam bonam valetudinem restituere, dixi eis similiter, quod efficitur aliquando in collo equi, iuxta garese, quædam scabies, vel pruritus, evellens crines radicitus, similiter accidit in trunco caudæ; unde cogitur patiens intantum fricare collum aut caudam, quod quandoque excoriatur ex toto. Contingit autem hic morbus ex habundantia sanguinis infecti, vel aliis humoribus salsis et cholericis, sive sanguinis putredine. Si habundet sanguis, faciet saniem albam; si habundet cholera, faciet saniem quasi siccam, subtiles humiditates emittentem et paucas; si habundet flegma salsum, emittet multas humiditates, et aliquando facit squamas siccas; si melancholia vincat, faciet scabiem siccam. Cura. Si scabies et pruritus generatur ex pulvere ibi diutius existente, lavetur bene locus tribus vel quatuor vicibus cum lixivio et sapone iudaico. Postmodum cum aceto, bullito cum cantabro, bulliant lupini, centaurea, taxus barbasus, et in eius colatura addatur pulvis aloës caballini, et ex hac aqua loca patientia abluantur. Vel aliter facias tale unguentum: Recipe sulphuris vivi modicum, thuris masculini, nitri, tartari, corticum fraxini, vitrioli, viridis æris, ellebori albi, et nigri cyclaminis; hæc omnia conficiantur cum vitellis ovorum elixorum, et cum oleo communi, et tantum bulliant donec deinde unguentum inspissetur, deinde inungas locum infirmitatis tribus vel quatuor vicibus; et hoc unguentum expertus sum contra scabiem et pruritum, et contra omnem guttam seu fistulam. Si prædicta infirmitas generetur ex macredine, tunc flebotometur equus de vena colli ut humores illuc ducantur et exeant, deinde ponantur setones inferius sub collo, postmodum fiant prædictæ ablutiones, post hæc reficiatur

decentes, quæ postea, sicut supra dictum est in capitulo de ierda, curentur: et sic, tum propter aquæ desiccationem, tum propter corrosionem acerrimam cocturarum, Gallæ augmentari non valent inantea, sed decrescunt. Quidam autem aliter curant, quia faciunt cocturas desuper et desuptus cum ferro ignito; alii lavant eas cum forti aceto, et postea ungunt melle, deinde superaspergunt melli pulverem cerussæ super tegulam calefactum, deinde superligant cortices vitis albæ mundatos et tritos cum aceto cum petia linea, hoc dicitur expertum esse. Et, licet prædicti morbi etiam accidentaliter contingant equis, tamen, quia naturaliter accidunt eis in vulva, ideo inter naturales connumerantur. Aliqui occultant gallas et reprimunt cum succo cæparum, vel cum succo foliorum porri, nam succus alterius prædictorum emplastratus super Gallas restringit eas taliter, quod non apparent, sed, si equus fatigetur, infra quatuor dies redibunt. Item ad idem: Recipe radicem coticam, et tere bene cum sale, deinde superponatur, quia cito sanabitur equus. Item ad idem: ligetur vena illa, quæ in pectore primo dividitur ab organo et ad crura descendit, deinde perforetur quælibet cum subula, vel ferro acutissimo, ut humores evaporent, deinde calx viva cum oleo desuper inungatur. Item ad idem aliud: Hedera terrestris, absinthium, et ruta cum suis radicibus bulliant, et desuper ponantur. Item ad idem aliud: Tegulae, seu lateres ferventes, in aceto fortissimo extinguantur, deinde super Gallas frequenter ponantur ad desiccationem humorum. Et nota quod hæc passio raro curatur, quia nascitur in locis intricatis, unde competentem curam adhibere non possumus quia ferrum et ignem apponere non audemus.

nocchia finechè le galle se conestrenza in d'alcuua cosa et asseme per la repressiune dell'acqua freda currente. E facciase denturnu ala iuntura cocture convenevele per directu, et per tortu, le quale se cure comu ene dictu in delu capitulu dele ierde. Et allura sì per la desseccatiune dell'acqua, sì per la corrosione delu focu crudele, le gaile non po crescere innanti, ma assemanu. Et alcuni le cura in altru modu, ca gle danu lu focu de supra e de sucta. Et altri le lava con forte acetu, et poi le unge de mele, et gecta sopra lu mele lu pulve dela cerisa scallata supre la tegola, et poi ce leganu le scorze dela vite alva munde, piste cull'acetu et c'una peza de linu. E questu se dice essere pruvatu. Et abenia che le decte infermetate in accedentalemente abengia ali cavalli, tame quasi naturalemente gle abene in dela natura. E perzò se cunnumera intre le naturale. Ancora a quellu medenmu: alcuni repreme le galle culu sucu dele cepulle, voi culu sucu dele fronde deli porri, ca lu sucu dell'unu dele cose decte, inplastatu supre le galle, restrengele in tale modu, che non apparenu, e se lu cavallu se fatiga infra quactru die returnanu. Ancura ale galle. Recipe la radice coteca et tritala bene culu sale et ponase supre le galle e lu cavallu ceptu sarrà sanatu. Ancora a quellu medenmu: leghese quella vena la quale se parte inprimamente in delu pectu dela vena organica et descenge ale ganme, e pertonnase ciescasuna cula subla, voi c'unu ferru acutissimu, che li humuri ne svapurenu, et sia unta de supra de calce viva cull'oliu. Ancura l'altru: la ellera terrena e l'assenzu e la ruta culi radicine soi, bullanu et suprepunecese. L'altru: le tegule, voi lu mattone fervente in dell'acetu furtissimu se ramora,

Cap. CX. De Equo attincto.

Fit quandoque casualis quædam læsio in nervo magistro cruris anterioris acriter nervum lædens et indignans et tumefaciens, quæ contingit, ut in pluribus, vel ex festino gressu equi, vel cursu, cum a crure posteriori percutitur in pede anteriori, in nervo videlicet prælibato, quare cogitur equus necessario claudicare. Et hæc infirmitas Attinctus vel Attinctio nuncupatur. Et hæc passio consuevit accidere duobus modis, uterque tamen modus similem fere curationem requirit. Videlicet attinctio semper fit in nervis anterioris cruris sub iunctura genu, et fit præcipue quando aliquid obstat pedibus anterioribus, vel quando pedes anteriores tarde moventur, et pedes posteriores nervos anteriores comprimendo lædunt. Alius modus est, videlicet cum fit nervorum extensio ex nimio conatu, vel quando inter lapides pes retinetur: unde ex impetu conaminis nervi ultra modum extenduntur; et sic hæc passio generatur. Signa ad hanc passionem cognoscendam sunt ista: Tumor manifestus in parte ubi nervus est læsus, et claudicatio ex eadem parte. Cura. Statim cum nervus prædictus ex causa prædicta fuerit læsus, et videbitur tumefieri, tunc a vena consueta super genua paululum adiacente ab anteriori parte minuatur ut educantur humores ibidem concurrentes; deinde fiat subscriptum mollificativum et humectativum, valens contra tumefa-

Digitized by Google

et ponase spessamente supra le galle e dissiccarà li humuri. Nota che questa passione a rade feate se cura, perciò che nasce in de locura intercate, unne convenevele curatione avere non potemu, cace non dovemu ponere nè ferru nè focu.

Cap. CX. — De attento nelu nervu.

Fase alcuna fiata una causale lesiune in delu mastru nervu dela ganma denanti, acrusamente nocente alu nervu et curruccianteiu et intumedentelu; la quale lisione avene voi in delu vivacciu annare delu cavallu: voi in cursu, quandu se fere cula ganma de retu culu pede denanti in delu nervu, cioene in delu dectu, per la quale cosa lu cavallu ene conestrectu a zoppecare. E questa infermetade, actentu voi actentiune se chiama. E questa passione sole avnère per dui modi; e l'unu e l'altru modu recerchia quasi semegliante curatiune. Cioene l'actentione tuctavia se fanno in deli nervi dele ganme denanti su la iontura delo ienochiu, et fase spitialemente quandu alcuna cosa contrastane ali pede denanti; voi quandu li pedi denanti se move tarde, e li pedi de retu dà una lisiune ali nervi denanti conprimendule. L'altru modu ene, cioene chesse fane per granne extentiune de' nervi, per troppu sfurzare, e quandu lu pede de retu se retene inter le prete: unne per inpetu de sforzamentu li nervi se estende oltra modu; et cusì questa passione se genera. Li signa de questa passione cognoscere so' queste: Tumore manifestu in dela parte dove lu nervu ane lisione, et zoppeca de quella parte. Cura: incontenente quandu lu nervo averà lisione

ctionem et indignationem nervorum: Recipe fænigræci, seminis lini... squillam, terbentinam, et radicem maluavisci æqualiter, postea terantur omnia simul cum veteri axungia porci, et bene incorporentur, postmodum bulliant simul bene agitando, prædicta cum fuerint bene cocta ponantur decenter calida super longitudinem nervi laesi et cum aliqua petia ampla congrue alligentur: prædictum autem emplastrum bis in die tantummodo renovetur. Item ad idem: Recipe ebulos cum suis radicibus, et coque in aqua bene et diu, deinde de aqua decoctionis lava totam tibiam, deinde, statim post dictam lotionem, habeas de dictis ebulis cum suis radicibus parum coctis et aliquantulum pistis, et liga circumcirca et supra attincturam. Item ad idem: Succus ebuli et radicum ipsius sæpe in die applicatus attincturae, et circa partes illas, multum confert. Item ad idem, experimentum probatum: Recipe myrræ, thuris ana 3. 1. *terantur in aceto forti. Recipe item resinæ pini albæ* 3. 2. *picis nigræ* 3. 1. *sepi hircini* 3. 2. *ceræ novæ* 3. 2. *et distemperentur ad ignem cum modico vino, et superaddantur terbentinæ* 3. 6. *item masticis, sanguinis draconis, boli armenici ana* 3. 1. *et semis, incorporentur omnia supradicta simul et pulverizentur et fiat emplastrum, quod supra corium extensum emplastretur super nervum et tibiam enflatam, et superligetur, et stet sic duobus vel tribus diebus; et, si opus fuerit, reiteretur ter vel quater; probatum est. Item ad removendum tumorem et dolorem: Calefac mel et misceas cuminum tritum in bona quantitate et terbentinam tritam, et incorpora omnia simul, et emplastra tibiam, et hoc fac pluribus diebus. Si vero vetus emplastrum removere volueris, removeas lavando tibiam cum vino tepido. Item ad idem: satis valet, si cæpe assatum, tritum cum lumbricis terrestribus et limacis et cum butyro liquefacto*

per le decte accasione, et parerà che intomedisca, allura dala vena accustumata, iacente unu pocu supra lu ienocchiu dala parte denanti, se sange, chè li humuri currente adruve se ne cacce; et de lenne gle sia factu questu mollificativo sucta scriptu, valente contra... semente de linu et la squilla et la terebintina et la radicina delu malva vischiu ugualemente, et pistese onne cosa insenmura con assongnia de porco vecchia, che se incorpore bene, e falle bullire insenmura mestecandule continuamente, et puichè sarà ben cocte, ponase convenevelemente calle supre lu nervu lesu, et leghese c'una pecza convenevelemente ampla: e lu predectu emplastu dui flata in die se renove. A quellu medenmu: Recipe li gebli culi soi radicine et cocile bene in nell'acqua et longamente, et de quella decotiune lava tucta la ganma. E poi ch'ene lavatu, agi incontenente li dicti gebli culi soi radicine pocu cocte, et unu pocu piste, et legale deturnu inturnu al'actintura. Ancora a quellu medenmu: lu sucu deli gebli, et lu sucu dele radicine deli gebli, spesse feate in die postu al'actentura, quelle parte multu conforta. A quellu medenmu, lu experimentu probatu: Recipe de mirra, de incensu gualemente unc. j. le quale se trite et dessolgase, ancora de resina et de pina alba unc. ij. et de cira nova unc. ij. o iij. le quale se stempre alu focu in unu pocu de vinu et siace aiuntu la terbentina unc. vj. et de mastice et de sangue de dragone et de bolu armenicu gualemente j et §. E tucte queste cose dicte se incorpure e facciasenne pulve, et facciasenne enplastu, lu quale se stenna supre lu coru e 'nplastese supra lu nervo et supra la ganma inflata, et legese e stea cusì dui die voi tre, et secene plu enmisteru, refacelu tre, voi quactru

misceatur et decoquatur, simul agitando donec fiat grossum, sive spissum, velut unguentum. Deinde, abraso nervo per longum, ter in die de prædicto unguento nervus totaliter ungatur. Si vero attinctio sit incepta vetusto, phlebotometur equus de vena consueta, quæ iacet inter iuncturas et pedem, ex latere interiori vel exteriori, et fiat postea medicamentum quod superius dixi. Si vero prædicta medicamina per aliquos dies experta et probata parum aut nihil proficient, tunc, læso nervo abraso bene, circumquaque fiat strictorium de pulvere rubeo, et ovi albumine et farina, prout dictum est supra in capitulo de male ferruto equo, et ex eo per longum ubi stat læsio crus cum lino vel canabe involvatur, quod usque ad novem dies exinde removeri non debet; postea cum aqua calida strictorium removeatur leviter a crure, ungendo læsum nervum semper cum aliquo unctuoso. Si vero omnia prædicta non valent, tunc cum cocturis decentibus (quod est ultimum remedium) succurratur. Item ad idem: locus attinctionis, et ubi tumor est, radatur, deinde superponatur emplastrum subscriptum: Recipe cæpas, et super prunas bene calefacias, deinde ipsas cæpas cum frondibus porrorum et absinthio simul bene pista, hoc emplastrum sæpius superponas, ut pori aperiantur, postmodum apponas emplastrum mollificativum; cum tali medicamine jam multi equi curati sunt. Commune remedium ad attinctionem qualitercumque eveniat, et quacunque causa fiat: Supra locum tumidum leves cocturæ ad modum craticulæ fiant ut nervi ultra modum extensi contrahantur, deinde loca patientia curentur; et, ut pili postea renascantur, oleo de vitellis ovorum, secundum nostram doctrinam facto, omnia cauteria sæpe et sæpius perungantur. Item ad idem, si attinctio sit recens: prima vel secunda die iunctura et locus attinctionis

flata. Ancora a removere lu tumure et lu dolore: scalla lu mele et mestecace lu ciminu tritu in bona quantitate e la trebentina et incorpora tucte insenmura et inplastane la ganma, et questu fanne presure die. E se lu enplastu vecchiu voi removere, removilu lavandu la ganma culu vinu tepegliu. A quellu medenmu assai ce vale la cepulla rusta pista culi lunbrici dela terra, li limaci, cioene lecianmagliche, e facesene enplastu stenperatu culu butiru, e cocase demenandule insenmura fine actantu che ne sia factu unguentu. E, rasugle lu nervu per longo, lu dectu unguentu lu nervo tre feata in die se ne unga. E se la actentiune sia vecchia, sangese dela vena usata, la quale iace intre la iuntura e lu pede, dalu latu da entru, voi da fore, ed facciaglese unu medecamentu lu quale aiu dectu. E se le decte medicamenta per aliquanti die provate, e poco fane prode, voi niente, allura lu nervo che ane lesione, ben rasu dentornu, facciaglese unu strecturu de pulve russia et de alunme d'ovo et de farina, comu ene dectu supra in delu capitolo delo male ferutu, et perciò per longu dove stane la lesciune la gamba culu linu, voi cola cannova, se invulva. Et usque a xx. die se non deve levare, et poi senne leve lu stracturu cull'acqua calla leievamente dala ganma et unguendu lu nervo tuctavia cun alcuna cosa untoosa. Esse tucte queste cose ce non vale, allura cule cocture convenevele segle succurra, lu quale ene ultimo remegio. Ancora a questu: radase lu locu del'actentiune duv'ene lu tumure. E ponaglese lu enplastu: Recipe la cepolla et supre la vrasia la scalla bene, e de lenne quella cepolla cole fronde deli porri et cun scenzu pista insenmura e questu enplastu spessamente ce le pone, chè aprenu li pori. E poi ce pui lu enplastu mollificativo con cutale medica-

scarificetur, ut per scarificationem sanguis exeat, postea gallus scindatur per medium, et calidus superponatur cum omnibus intestinis; et, si iam pluribus diebus steterit, recipe duo cochlearia sanguinis, fuliginis tria cochlearia, salis cochlear unum, aceti optimi cyathum unum, stupparum tritarum manipulum unum, et bulliant omnia insimul super ignem, et emplastrum calidum, quantum sustinere poterit equus, superponatur, et mutetur semel in die, donec dolor discedat.

Cap. CXI. — De Grappis.

Grappæ fiunt in iuncturis crurium circa pedes corium rumpentes ibi et carnes per longum, et quandoque ex transversu, more solito, incidentes, per scissuras continue putredinem emittentes vel aquam, quae accidunt superfluitate humorum ad illum locum descendentium, et intantum patientem affligunt, quod cogitur claudicare. Cura. Primo pili iuncturæ patientis depilentur modo subscripto: Accipe calcis vivæ partes tres, et auripigmenti partem unam, quæ simul optime terantur, et in aqua ferventissima ponantur, et simul agitentur, et tam diu decoquantur in dicta aqua,

mento, ca multi cavalli ne sono curati. Lu comune remeiu al' actentu in qualunca modu abenia et per qualunca accasiune: facciase supra lu locu tumidu legiere cucture a modu de canule, chè li nervi plu che non deve se contraganu. E delenne le locura inferme se curenu. E che li pili ce renascanu, ungase le cocture secundu la nostra ductrina, de oliu de vitella de ova spesse feata. A quellu medenmu, se lu actentu sarrà recente: lu primu, voi lu secundu die, le iunture e lu locu dell' actentu se scaraze, chè per la scaraczatura lu sangue n' esca. Eppoi se fenna unu gallu per mezu, e ponase susu callu con tucte le intestine. Esse stactarane per presuri iurni: Recipe due cocchiare de sangue, et iij cucchiari de fulligine et unu cucchiaru de sale, et unu gotu de optimu acetu, et unu manipulu de stuppa tagliata, e bulla tucte queste insenmura supra lu focu. E questu inplastu ce se pona callu quantu lu porrà sostenere lu cavallu, et mutese semu in die fine che lo dolore se parta.

Cap. CXI. — Deli grappi supravengente alu cavallu.

Li grappe se fane in deli iunture dele ganme in dele pasture, runpente lu coru locu et la carne per longu, et alcuna volta per traversu et acustumatamente li molicte tagliate per la fessura continuamente iectante sania, voi acqua, li quali abene per superfluitate de humuri descengente a quellu locu et intanto afflige lu cavallu che lu fa zoppecare. Cura: in primu se ne pele li pili dela iontura per lu modu suctoscrictu: Piglia de calce viva iij parte et de auru pumentu j parte, le quale se trite insenmura multu bene, et mectase nell' acqua ferventissima, et meste-

agitando, donec penna aliqua, ibidem immissa, depiletur instanter; de tali autem decoctione iunctura læsa grapparum ungatur, et sit tantum calida, quantum patiens poterit sustinere, et dimittatur ibi prædicta decoctio donec pili iuncturæ sine difficultate pilentur, postea cum aqua, sufficienter calida, laventur grappæ, ut pili, qui sunt supra grappas, penitus cadant; postmodum, depulsis pilis, laventur grappæ cum aqua decoctionis malvarum, sulphuris, et sepi arientini, quorum substantia ligetur postea cum pecia circumcirca iuncturas læsas a sero usque ad mane, et e converso de mane usque ad sero, subsequenter fiat unguentum de sepo arientino, cæra nova, resina, et gummi abietis æqualiter de omnibus, et bulliant ad invicem eadem agitando, et de tali unguento, aliquantulum calefacto, bis in die cum aliqua penna grappæ sufficienter ungantur, prius tamen scissuris grapparum cum vino forti, aliquantulum tepido, optime lotis et postea desiccatis; et hoc fiat, dicto unguento ungendo, donec scissuræ fuerint solidatæ, cavendo semper patientem equum a sordibus et ab aqua. Consolidatis vero ulceribus grapparum, illaqueetur et incidatur vena magna in acriori parte coxæ, ut supra in capitulo de Spavanis continetur. Evacuato autem sanguine de vena, prout decet, iuncturæ læsæ grapparum crebris cocturis et decentibus universaliter decoquantur; deinde cocturæ, sicut dictum est, curentur. Sciendum est tamen quod grapparum infirmitas, ut in pluribus, perfecte, vel congrue, vix curatur. Item ad idem: fac unguentum quod sequitur: Recipe sepi hircini, vel arietini, si de hircino inveniri non potest, libram mediam, axungiæ antiquæ lib. I., lithargyri aurei 3 *II., viridis æris* 3. *II, bugeæ* 3. *II., sulphuris vivi* 3. *I, olei laurini* 3. *II., mellis crudi* 3. *I, terbentinæ* 3. *II., boli armenii* 3. *I.,*

cese et tanto se cocanu in dela decta acqua, mestecanduse, fine ac tantu che pele incontenente la penna che ce se mecta, et de cutale decoctione ungasenne la iuntura duve ene li grappi, et sia tantu calla, quantu lu cavallu la po' sostenere, et lassacela stare tantu che se pele ligeramente, et poi se lave li grappi cull' acqua calla sufficientemente, che li pili, che so' supra li grappi, alu pestuctu senne caia. Eppoi ch' ene caduti li pili, se lave li grappi coll' acqua dove sia cocte le malve e lu solfu et lu sevu montoninu. E le sustantie de queste cose sece lege c' una pecza deturnu ale iunture lese, dala sera usquina demane; e dala demane usque' nasera, et poi gle se faccia unquentu de sevo monteninu e de cira nova, et de resina, et de gunma rabica, ugualemente de tucte, e bullanu insenmura mestecanduse. E de tale unguentu unu pocu callu dui fiata in die cuna penna se unga li grappi sufficientemente; tame inprimamente lavate le fissure deli grappi de bonu vinu pocu callu, et poi se assuche. E questu se faccia ungendu delu dectu unguentu fine actantu che le fessure se resolle, guardandu lu cavallu tuctavia dala suzura e dall' acqua. E sollate le plaghe deli grappi, allaccese et taglese la mastra vena dala parte denanti dela cossa, como se contene de supra in delu capitolu deli spavani. E, poi ch' ene voitu lu sangue dela vena, comu se convene, dela iontura lesa deli grappi, cocase de diverse cocture et spesse et convenevele universalemente. E de lenne se cure le cocture comu ene dictu. Tame ene da sapere, che la infermetate deli grappi, comu in presure, perfectamente, voi convenevelemente, appena se cure. Ancora l' altru, fa questu unguentu: Recipe: de sevo biccino, voi montoninu, se delo biccinu se non po' avere,... lit. j. de burgee, cioene..... et

saponis mollis 3. *I.*, *et omnia prædicta simul bulliant, et fiat unguentum, sed, depilato prius loco cum calce, ungatur locus bis in die, et singulis tribus diebus lavetur cum lixivio et sapone; et crustulæ, cum antiquum unguentum removeatur, immediate laventur cum vino calido, et, post desiccationem, iterum inunge cum unguento prædicto. Et nota quod prædictum unguentum valet ad grappas, crepatias siccas, restas longas, grisarias, et tineam; et cum prædicto unguento multos equos iam curavi. Item ad idem, fac unguentum quod sequitur, et dicitur unguentum Ruptorium, quod valet ad grappas quascunque, et crepatias, et setatias, et ierdas, et restas longas, quæ nascuntur supra nervos post crura anteriora seu posteriora: Recipe calcis vivæ* 3. *II.*, *saponis communis* 3. *I.*, *capitelli quantum sufficit ad distemperandum; si volueris facere ita forte, loco capitelli ponas lixivium, et si adhuc volueris facere debilius, poteris ponere, loco capitelli, acetum; ex dicto unguento ungas locum bene, et dimittas sic unctum per diem vel plus quousque fuerit curatus, quia radices infirmitatis evellet; deinde lavabis locum cum vino tepido, postmodum curabis plagas, sicut cura plagarum requirit.*

Cap. CXII. — De Crepatiis.

Fiunt ægritudines quædam inter iuncturas cruris et ungulam, rumpentes corium et carnes, quasi ad similitudinem scabiei, inferentes magnos ardores multo-

unc j. de solfu vivu, unc. j. de oleu laurinu, unc. ij, de mele crudu, unc. j. de termentina, unc. ij de volu armenicu; un. j. de sapone, de melu terraneu unc. j. Et tucte queste cose bullanu insenmura et facciasenne lu unguentu, et, pelatu in primu lu locu culu culure, ungase lu locu dui fiata in die, et tre die se lave cola lissiva e culu sapone, chè quelle croste e lu unguentu senne leve, et in mezu, se lave colu vinu callu, et poi l'asciuca. E poi ch'ene assucatu un'altra volta lu unge culu dectu unguentu. E nota che lu dectu unguentu vale ali grappi et ale crepacce siche et le reste longe, et ala griczara et ala tingia, et con questu dictu unguentu aio curati multi cavalli. Ancora a quellu medenmu fane questu unguentu, et ene dectu unguentu ructoriu, lu quale vale ali grappi et ale sete et ale sarchie, et ale reste longue, le quale nascenu supra li nervi per le ganme denanti, voi de retu: Recipe: unc. ij de calce viva, unc. j. de sapone communu, et de capitellu quantu vasta a distemperare. E sece non voi mectare de capitellu, mictece la lissiva. Esse ancora lo voi fare plu devile, porra'ponere in locu delu capitellu l'acetu, et delu dictu unguentu unge lu locu, et cusì untu per unu die, voi per plu fine che sia curatu, ca la radicina dela infermetate carpe. E de lenne lavarai lu locu colu vinu tepedu, eppoi curarai la plaga comu recerca la cura dele plage.

Cap. CXII. — Dele crepacci.

Fase alquante infermetate inter la iuntura dela ganma et l'ungnia, runpente lu coru et la carne quasi a semeglianza de scaia, dante grandi ardore in multe

tiens patienti, quæ contingunt ex fumositatibus stabuli, madefactis cruribus, et cum tersorio, sicut congruit, non siccatis. Et passio ista vulgariter Crepatiæ nuncupatur. Cura. Fiat per omnia sicut supra in Grapparum capitulo continetur, excepto quod vena nullatenus illaqueari debet, nec crepatiæ coqui debent aliqua ratione. Item, fiat per omnia cura posita supra in capitulo proximo, quæ incipit « Recipe sepi hircini » et cetera. Possunt tamen quædam remedia fieri quæ valent specialiter contra crepatias. Primo igitur, depilato loco crepatiarum, prout supra in capitulo proximo dictum est, vel alias, fiat unguentum quod sequitur: Recipe fuliginis 3. *V., viridis æris* 3. *III., auripigmenti* 3. *I., his, bene tritis ad invicem, addatur de melle liquido tantum, quantum de omnibus aliis, deinde coquantur omnia ad invicem usque ad spissitudinem, miscendo ibidem aliquantulum calcis vivæ, et agitando bene insimul cum spatula donec fiat sicut unguentum; de tali autem unguento, aliquantulum calido, bis in die crepatiæ inungantur modo prædicto, semper equos ab aqua et sordibus præcavedo. Et nota quod prædictum unguentum super crepatias apponendum non est, nisi prius abluantur cum vino, et optime desiccentur. Item ad idem: valet satis, si crepatiæ fortititer cum urina pueri fricentur. Item ad idem valent citranguli, vel limoni, decocti in prunis usque ad consumptionem, si postea crepatiæ fricentur fortiter cum eis. Item ad idem: valet satis si equus mane et sero diu maneat in aqua marina, Item nota quod unguentum supra dictum de fuligine, viridi æris et auripigmento mirabiliter crepatias consolidat et constringit. Item ad idem valet unguentum quod sequitur: Recipe arsenici, seu auripigmenti* 3. *I., cerussæ* 3. *I., terantur et misceantur cum aceto, axungia, melle et oleo, deinde ungantur crepatiæ cum penna, ablu-*

fiata alu sustenente questa infermetate, le quale abene perle fomusitate della stalla, quandu lu cavallu ane le ganme infusse, et non sonu assucte cunu alcunu pannu. E questa passiune vulganamente se chiama crepacza. La cura: gle se faccia per onne cosa comu se contene de supra in delu capitulu deli grappi, sceptuatunne che la vena se non deve allaczare nele crepacce, et se non deve cocere per alcuna rasione. Ancora gle se faccia per onne cosa la cura posta de supra in delu capitolo prossimo, lo quale se comenza » Recipe: lu sevu ircinu » etc. Tame ce se puo fare aliquanti spetiali remegi, li quali ce vale contra le crepacze. In primamente pelatu lu locu dele crepacce, comu ene dictu de supra in delu prossimu capitulu, voi ce se faccia unu altru unguentu: Recipe de fulligine unc. v. et de verderame unc. iij, et de auru piumentu unc. j. et queste ben tritate insenmura, agiungacese delu mele tantu liquidu, tantu de tucte l'altre cose. E de lenne se coca tucte queste cose insenmura fine che sianu spesse, mestecanduce unu pocu de calce viva, mestecandola cula spatula fine cha se faccia comu unguentu. E de questu unguentu unu poco callu ungasene le crepacce dui fiata in die alu predectu modu, et tuctavia lu guarda dall'acqua e da sucsura. E nota che lu predectu unguentu ponase supra le crepacce, tame in primo se lave de vinu et optimamente se assuche. Ancora a quello medenmu valece assai le cetrangole, voi le lunmie, cocte 'na vrasia usque a consumatione, et frechese supre le crepacce fortemente e spessamente. Ancora l'altru, valace assai, se lu cavallu infermu la demane e la sera se tengnia nell'acqua marina. Et nota che lu predictu unguentu dela fulligine, delu verderame et del'auru pumentu meravegliosamente reconsolla et conestrenge le cre-

tione vini tepidi præcedente. Item, unguentum quod valet ad crepatias, riciolos, sive grisarias, scabiem, moros, farferellas et tineam: Recipe coperosæ 3. *VIII., sinopidis* 3. *II., resinæ pini,* 3. *IV., apostolicon* 3. *VI., sulphuris* 3. *III, olei olivarum* 3. *III., sanguinis porci* 3. *III., argenti vivi* 3. *XVI., thuris* 3. *III., mellis* 3. *VI, lava primo cum lixivio, postea de secundo in secundum diem cum aceto. Istam curam facias per tres hebdomadas. Postmodum ad consolidandum: Recipe viridis æris bene triti* 3. *VI., butyri* 3. *III., farinam frumenti quantum recipere potest testa nucis, mellis* 3. *I. et semis; prædicta omnia misceantur, et fiat unguentum ad consolidandum. Item: pili, qui sunt supra locum, removeantur, ut supra, deinde sepum distemperatum, seu liquefactum, cum cæra immisceatur. Item ad idem: testa ovi pulverizata cum stercore gallinarum superponatur; quia valde operatur. Item ad idem: calx viva cum oleo olivarum distemperata satis operatur. Item ad idem: Recipe rutæ et caprinellæ ana in bona quantitate, terantur bene, deinde coquantur in fortissimo aceto et oleo olivarum, et aliquantulum pinguedinis porcinæ (id est: axungiæ) et sulphuris vivi, olibani et cæræ, omnia bulliant usque ad consumptionem aceti, postea cola et usui reserva, et unge ad solem cum necesse fuerit. Item ad idem, unguentum expertum ad crepatias: facias unguentum de oleo olivarum et triplo sui terbentinæ et parum cæræ, ex quo ungatur locus crepatiarum. Item ad idem, et est idem cum præcedenti: Recipe olei olivarum* 3. *I., terbentinæ* 3. *II, vel III., misce bene insimul et distempera ad ignem, deinde, si vis, adde parum cæræ, et unge; probatum est. Item ad idem, aliud unguentum probatum in longo tempore patientibus equis, qui videntur quasi habere grisarias: Recipe vitella ovorum assata, dura, et tere*

paccie. L'altra unguentu che sequeta: Recipe l'arsenicu, la cerisa, ugualemente unc. j., tritese et mestechecese l'acetu et assungia, mele et olio, et lavatu de vinu tepegliu, ungase de questu unguentu. Ancura lu unguentu che vale ale crepaccie et ale griczale, rizcola, ala scaia, et a moro, farfale et ala tingnia: Recipe de cepulla et de rose unc. viij. de sinopidu unc. ij. et de resina de pini unc. iiij. et de apostolicon unc. vj. et de solfu unc. iij. et de oliu de uliva unc. iij. et de sangue de porcu unc. vj. et argentu vivu unc. xvj. et de incensu unc. iij. et de mele unc. vj., lava in prima cu la lissiva et poi de secundu in delu secundu die, lava con acetu; e questa cura gle fane per tre senmane, e unga. E dapoi a consolidare: Recipe de verderame bene tritu unc. vj. de butiru unc. j., et de farina de furmentu quantu cape 'na cochia dela noce, de mele unc. §. e tucte queste cose se mesteche insenmura et facciasenne lu unguentu a consolidare. All'altru: li pili che sone supra lu locu senne leve, et delenne lu sevo stenperatu culla cera iectese. Ancora l'altru: la cocchia dell'ovo pulverizzata cula sangnia deli galline ce se pona, ca multu ce opera. Ancora l'altru: la calce viva destemperata cull'oliu dela 'liva assai ce vale. L'altra: recipe de ruta et de caprinella ugualemente in bona quantitate, e pistese bene et de lenne se coca in fortissimu acetu et oliu de oliva et unu pocu de assungnia porcina et de solfu vivu et de incensu et de cera, e tutte bullanu insenmura fine ala consomatione dell'acetu, e colala et reservala per l'usu, et ungelu alu sole quanto ene necessariu. Ancora l'altro: lu unguentu provatu ale crepacce, fa lu unguentu dell'oliu dela 'liva scrupoli iij. de terbentina et unu pocu de cira, delu quale ungentu se unga le crepacce. An-

bene cum sale et oleo olivarum, et ex hoc unguento locum inunge. Item ad idem valet unguentum factum de clara ovorum, resina et melle simul in oleo rosato, seu violato, mixtis et bene incorporatis.

Cap. CXIII. — De Crepatia ex transverso.

Fit præterea quædam magis longa et transversa crepatia contingens aliarum crepatiarum occasione, quæ fit inter carnem vivam et ungulam, videlicet in bullesiis, gressus patientis impediens multo magis quam alia crepatia, eo quod crepatia illa ex transverso efficitur, scindens carnem ex transverso, quæ continuatur cum ungulis; et ideo, cum semper ab eis prematur, patiens ab eis magis quam ab aliis affligitur. Cura. Crepatia ista cum medicinis vel unguentis vix curari potest, et ideo beneficio cocturarum subveniendum est, unde extremitas eius cum ferro, rotundo in capite, decoquatur; quoniam ex ignis beneficio dicta crepatia augmentari non potest, et decrescit. Si volueris experiri alias curas ad crepatias ex transverso, potes, et est optimum experimentum quod positum est supra proximo capitulo de coperosa, sinopide, resina pini, apostolicon, sulphure, olio olivarum, sanguine porci, argento vivo, thure et melle; require supra et fac per omnia sicut ibi. Item ad idem, et est unguentum admirabile ad

cora a quellu, et ene culu passatu: Recipe dell' oliu dell' uliva unc. j. terbentina unc. ij. voi iij. mesticale bene insenmura et destempera alu focu, et, secce voi, aiunge unu pocu de cira, et ungelu: et è provatu. L' altru unguentu provatu ali cavalli infirmi longu tenpu che pare che aia' la gricżaria: Recipe de vitella dell' ova ruste, dure, et pistale bene culu sale e coll' olio dela oliva et de questu unguentu ungene lu locu. L' altro unguentu ce vale factu de clara d' ovu, et de resina et de mele mestecatoce l' oliu rosatu, voi lu violatu et bene incorporate.

Cap. CXIII. — Dela crepaccia per traversu.

Fase alquante plu longue et traverse crepaccie continiente per accasiune dell' altre crepacce, la quale se fane inter la carne viva e l' ongnia, cioene in dele mullisi, inpedimedente l' annare delu patiente multu plu che l' altre crepacce, per ciò che quelle crepacce se fane per traversu runpente la carne per traversu, ca se continua cull' unge, et perciò che, concesia cosa che tuctavia se prema lu cavallu patiente, da isse plu che dall' altre se afflige. La cura. Queste crepacce appena se po' curare cule medicine e culi unguenti, et perciò lie ene da dare lu focu cun ferru rotundu, chè per lo foco non po' gire innanti ma cessa. Et se ce voi provare altre cure ale crepacce traverse polu fare; et ene octimu experimentu quellu ene postu de supra in delu prossimu capitolu dela cepolla, dele rose, de sinoppide, de resina de pinga, de apostolicon, de solfu, de olio de oliva, de sangue de porcu, de ariento vivo, de incensu et de mele: recerca de sopra, et fa onne cosa comu se ne locu. L' altru unguentu mera-

plagas, sive percussiones, sive in homine, sive in animali, nec oportet quod apponatur stupiginum, sive tasta; valet etiam ad quascunque crepatias, etiam si fuerint ex transverso; valet etiam ad grizarias, et etiam valet ad clavardos, sive aquarolas; sed, quia preciosissimum est unguentum seu medicamentum, non deberet aliquis eo uti nisi ad plagas hominum, ad quas est expertissimum: Recipe igitur terbentinæ 3. *VIII., cæræ albæ novæ et mundæ* 3. *IV., et pone supra ignem in aliquo vase stannato et mundo, donec distemperentur; quibus omnibus simul distemperatis, remove ab igne, et pone super ipsa adhuc calida et distemperata dimidiam proiestam vini albi non fumosi (alii ponunt acetum, maxime cum vulnus seu plaga non est supra nervos); postmodum proiice vinum, seu acetum, et, inunctis bene manibus oleo rosaceo, ducas per manus dictam pastam ex cæra et terbentina donec albescat; postea remitte totum in vase stagnato, et misce ibi dimidiam* 3. *gummi abietis et tres* 3. *succi betonicæ, et pone supra ignem, et tam diu coquantur ad ignem donec succus betonicæ fuerit consummatus; postmodum ponantur IV.* 3 *lactis mulierum, vel lactis vaccæ rubeæ, et facias iterum coqui usque ad consummationem lactis; hoc medicamentum custodi et usui reserva.*

Cap. CXIV. — De Grisaria.

Est quædam passio, quæ nascitur in coronis equorum super ungues, quæ passio quasi incurabilis esse censetur, maxime si fuerit inveterata. Et hæc passio vulgariter Grisaria nuncupatur. Cura. Aliqui dictas

viglioso ale plage, voi in dell'omu, voi in dell'animale, et non ce abesongiu de'ponere stuppigiu voi tastu, vale a qualunqua crepacce etiam se fosse per traversu; vale ala gricciaria et clavardi, vale all'aquaroli. Ma perciò ch'ene pretiusu questu unguentu, voi medecamentu, nulu deviria qui belli usare se non ale plague dell'omini, ali quali ene experctissimo. Recipe trebentina unc. viij. de cira blanca, nova, munda unc. iiij., et polu supre lu focu in alcunu vasu staniatu mundu finechè se stenpre, le quale da poi che sone bene distemperatu, levale dalu focu et puila supra issa, ancura calle et destenperate; mictice meczu pitictu de vinu blancu non fumosu, et altri ce mecte spitialemente l'acetu, quando la plaga non vene supra li nervi. Et poi ne iecta lu vinu, voi l'acetu, et unte ben le mane de oliu rosatu, mènate per li mane la decta pasta dela cera e dela terbentina fine actantu che sblanchisca, et poi la remicte tucta in unu vasu staniatu, et mestecace §. unc. de gonma rabica, et iij. unc. de sucu de berctonica, et micticela sune, et tanto se coca fine che lu sucu dela berctonica sia cunsumatu. Et mistice iiij. unc. de lacte de fenmena, voi lacte de vacca russia, et un altra fiata lu fane cocere, finechè lu lacte sia consumatu; et questu medecamentu custode bene, et reservalu all'usu.

Cap. CXIV. — Deli griczari che nasce in dele corone supra longia.

Ane una passione la quale nasce in dela corona deli pedi deli cavalli, la quale passione se iudica essere incurabile et spitialemente... se chiama griczaria. La cura: alcuni li dicti griczari assuctiglianu per al-

grisarias per aliquas unctiones attenuant, deinde apponunt remedium ignis et sic curant. Item ad idem. Accipe, cantabrum, seu semulam, et habeas pinguedinem porci recentem, et bene pista et misce cum dicto cantabro, seu semula, et sit cantabrum scossum, sive mundum, a farina, hoc est, sit semula grossa ita quod non sit ibi aliquid de farina; postea simul diu bulliant cum pinguedine porci iam dicta; deinde superponatur grisariæ; facias hoc bis, vel ter, quoniam liberabitur; et, si plus indiget, plus fac: probatum est. Item ad idem et melius: Fac per omnia curam de grappis, positam in capitulo de Grappis, quæ incipit: « Recipe sepi hircini » et cetera. Item ad idem: Si volueris, poteris uti unguento facto de cuperosa, sinopide, resina pini et ceteris, quæ supra posui in capitulo de Crepatiis, et ideo tam circa dictum unguentum, quam circa unguentum ad consolidandum, facias sicut continetur ibidem. Item ad idem: Fac unguentum de terbentina et cæra et gummi abietis et succo betonicæ, ut supra in capitulo proxime continetur, et grisarias inunge, quia sanabuntur. Item ad idem, unguentum quod sequitur, quod valet ad grappas ex transverso et restas longas: Recipe auripigmenti 3. *I., viridis æris* 3. *I. et semis, vitri bene triti et pulverizati* 3. *I. et semis, calcis vivæ* 3. *I. cum dimidio, axungiæ porcinæ, seu castratinæ,* 3. *III., olei communis ad quantitatem omnium prædictorum minus una quarta. Si volueris dictum unguentum fortius facere, ponas* 3. *II. viridis æris. Ex hoc unguento ungas grisarias, donec equus fuerit perfecte curatus. Item ad idem: Recipe turmisci, hoc est tithymalli maioris, sive anabulæ maioris, quod est idem, lib. II., et bene pistentur, axungiæ veteris lib. I., olei olivarum antiqui lib. II, hæc tria simul bulliant satis, deinde colentur per pannum in ali-*

cuni unciune, e dagle lu focu, et cusì li curanu. L'altru: piglia la brenna et l'assungnia delu porco recente et pistala bene et mestecala cula decta brenna; sia ben scossa dala farina, poi bulla insenmura culu grassu delu porcu, et ponase supre la griczaria; questu fane dui voi tre flata, ca se libera, et se plu ane misteru, plu gle lu fane, et ene provato. A quellu medenmu et megliu: fane, per tucte le cose, la cura posta in delu capitolu deli grappe, la quale se comenza: » Recipe de sevo biccinu » etc. Ancora l'altru: se volerai, porrai usare lu unguentu factu dela cepulla dela rosa, de sinoppidu et dela resina de pina, et de tucte l'altre poste de sopra in delu capitolu dele crepacce. E perciò sine in delu dectu unguentu, sine in delu inguentu da resollare, fane comu se contene locu. Ancora a quellu medenmu: fane lu unguentu dela trebentina e dela cira et de gunma rabica e delu sucu dela bertonica, comu se conteno in delu prossimo capitolo, et ungene la griczara, ca sanarane. L'altru unguentu che sequeta, lu quale valo ali grappi per traversu et ale reste longue: Recipe unc. j. de auru pinmentu, et de verde rame unc. ij. et §., et de nitru ben tritu et pulverizatu unc. ij. et §., de calce viva unc. §., de assungnia porcina unc. iij., sevo castratino et de oliu conmunu a quantitate de tucte queste cose dicte manco una quarta. Se vorai fare l'unguentu plu forte, mictice unc. ij. de verderame, e de questu unguentu se unga la griczaria fine che sia perfectu curatu. A quellu medenmu: Recipe de turnisci, cioene de tutumagliu, libr. ij. et pistese bene, una libr. d'assungnia vecchia et libr. j. de oliu de uliva anticu. Queste tre cose bullanu insenmura assai, et pui se cule per unu pannu in alcunu vasu mundu, et poi ce micti unc. j. de verde rame

quo vase mundo, postea iungas ibidem 3. *I. viridis æris bene pulverizati et* 3. *I. argenti vivi, et misce in tantum et incorpora bene quod sint bene mixta, et sint sicut unguentum, ex quo inungas grisarias quousque equus curetur. Item ad idem: Recipe viridis æris* 3. *I., mellis et aceti ana lib. I., et simul bulliant in aliquo vase mundo; ex quo unguento grisarias unge, et curabitur equus. Item ad idem: Recipe lib. unam mellis, quam distempera ad ignem: deinde recipe viridis æris bene pulverizati* 3. *II. et aluminis de roca bene pulverizati* 3. *IV., postea dictos pulveres misce bene et incorpora donec mel fuerit infrigidatum, ex hoc unguento locum grisariarum inunge, et curabitur equus. Item unguentum quod curat grisarias, crepatias ex transverso, crepatias, grappas, setacias, sarellas, restas longas et omnem scabiem vivam: Recipe rasum vini, seu tartarum, et calcina ipsum, postea dissolve ipsum calcinatum in aqua communi; deinde cangela, et habebis salem, quem misce cum modico fortissimi aceti et fac unguentum, seu emplastrum; ex hoc unguento unge loca patientia, prius tamen depilatis locis cum unguento dicto supra in capitulo de Grappis, vel cum tenaculis, ita quod quasi sanguinent loca. Et scias quod infra diem unum naturalem occidetur infirmitas: et dictum emplastrum liga super locum, si potes, alias non est ei vis.*

Cap. CXV. — De mulis sive seccaciis.

Mulæ seu seccatiæ nascuntur ex frigore, quando equus frigido tempore per viam lutosam pergit, et postea de nocte cum lutosis et madidis, seu balneatis, pedibus ducitur ad præsepe, et de nocte stat super terram nudam, vel super lapides, cum nullo vel modico

bene polverizatu, et unc. j. de argentu vivo, et intantu se mesteche che sia ben incorporatu insenmura, che sia comu unguentu, et unginne la griczaria finechè lu cavallu sia curatu. A quellu medenmu: recipe de verderame unc. j. de mele et acetu ugualemente libre j. et bullanu insenmura in unu vasu mundu. E de questu unguentu se unga la griczaria et lu cavallu sarrà curatu. Ancora a quellu medenmu: recipe libr. j. de mele et stenperalu alu focu, e mictice de pulve de verderame unc. ij. et de pulve de alume de marocco unc. ij., et mestecale bene culu mele, et menale fine ac tantu che lu mele sia refredu, et de questu unguentu unge lu locu dela griczaria e lu cavallu sarrà curatu. L'unguentu che cura la griczaria e le crepacce per traversu et le crepacce, grappi e le setacce, scaralle, et le reste longue et onne scabia viva: recipe, la rasia e la feccia delu vinu et mestecale, et questa mestecanza dessogle in dell'acqua conmuna, et poi lu refreda et mestecace lu sale c'unu pocu de sapone fortissimu et fanne unguentu, voi enplastu, et ungenne le locura inferme; tame innanti le locura sia pelate voi culu unguentu dictu in delu capitolu deli grappi, voi cule tenagle, siccè quasi n'esca lu sangue. E sacci che infra unu die naturale la infermetate se occida. E lu dictu enplastu lega supre lu locu se poi.

Cap. CXV. — De molicti voi setacce.

Le molicti, voi le setacce, nascenn per lu fredu quandu lu cavallu anna per la via lutuosa in delu tenpu fredu: e la nocte stane in dela stalla culi pedi lutuosi et infussi, et la nocte stane in dela terra nuda, voi supre prete, con nullu, voi pocu, pannu; allora

stramine, tunc humores, propter laborem, cum corpus calescit, ad posteriores partes descendunt, et ibi congelantur et tumorem faciunt ita, quod crura ultra genua inflantur. In hyeme autem accidunt et in vere; æstate vero et autumno sine inflatione latent, nisi valde antiquæ fuerint; sed in illis temporibus, videlicet in æstate et autumno, sic cognoscuntur: pili, qui sunt inter ungulam et proximam iuncturam (quem locum quidam pastoram vocant), semper stant elevati sursum, quasi madidi, et sunt quasi setæ porcorum. Cura. Recipe calcis vivæ cochlear unum, fuliginis cochlearia tria, salis cochlear unum, terantur simul et conficiantur cum aceto, et emplastrum, inde factum, aliquantulum calidum superligetur, abrasis antea pilis crurium; et per diversa loca, inter ungulam et genu, scarificetur. Quando vero mulæ, sive seccatiæ, inveteratæ fuerint, tum extrahantur parum super iuncturam retro pedem: sic, ubi humor, quasi gummi ex arbore, exit, cutis versus genu scindatur; postea cum acuto et gracili ligno quidam nervus, ad modum grani hordei, qui invenitur ibi, sursum elevetur, et in longitudine duarum unciarum foras extrahatur; et, illo abstracto, absinthium, radices ebuli et unctum vetus et stuppa lini, vel canabis, accipiantur et conterantur ad invicem. Emplastrum autem inde factum super plagam et inflaturam ligetur, postmodum venæ crurium intus et extra secentur et illaqueentur. Item ad idem: Fiat unguentum ruptorium, quod posui supra in capitulo de Grappis, et fit dictum unguentum ex calce viva, sapone et capitello; per omnia fac ut ibi; est unguentum optimum ad hoc. Item ad idem: Recipe calcis vivæ 3. *II., saponis iudaici* 3. *I., et misce simul cum albumine ovi et superpone. Et scias quod mulas, seu seccatias, radicitus exstirpabit. Item ad idem: Valet super omnes alias curas*

li humuri per la fatiga, qua lu corpu se scalla, desengenu ala parte deretu, e locu se congelanu et fanno tumore, sichè le ganme inflanu plu che le genocchia. Et abene in delu verno et in dela primavera. E lu state et in del' autumu stannu nascose senza inflatione, forsia non fosse troppu antiche, ma in dela state et in del' autupnu se congnosceno cusì. Li pili, che sone inter l' ungnia e la prossima iuntura, lu quale locu alcunu la chiama pastura, tuctavia stannu levati susu, quali pare che sia seta de porci. La cura: Recipe unu cuchiaru de calcia viva, et iij. chuchiari de fulligine, et de sale chuchiaru j., tritese insenmura et conficese con acetu. E lu enplastu che senne fane de queste cose unu pocu callu ce se legue, tame innanti se ne rada li pili dele ganme et per deverse locura se scaracze inter l' ungia e lo ienocchiu. Ma quandu le mole voi le setacce sarrà invecchiate, allora se ne traga unu pocu supra la iuntura de retu dalu pede, dove ene lu tumore, et escene comu esce la gonma dell' albere; la cute se fanne inversu lu ienocchiu. E poi cun acutu et suctile linu quellu nervo, che ce se trova a modo de granu d' orio, se leve susu; e tragase fore per lungu quantu ene, unc. ij. E quellu tracto fore, lu assenzu et la radicina deli iebli e la sungnia vecchia et stoppa de linu, voi de canova, se pigle et pistese insenmura. E lu enplastu factu se lege supra la inflatura e supra la plaga; e poi ale vene dele ganme da entru et da fore se allacce. A quellu medenmu fane lu unguentu ructoriu, lu quale aiu postu de supra in delu capitolo deli grappe, et cusì ene lu dectu unguentu, de calce viva et de sapone, et de capitellu; onne cosa fane comu ene scriptu locu, et ene optimu unguentu a questu. Item a quellu medenmu: Recipe de calce viva unc. ij. et

experimentum, praedictum in rubrica de Grisaria, quod fit ex sale, tartaro et sapone, unde per omnia fac ut ibi. Et nota quod hoc medicamentum curat superos equi, si fuerit positum et ligatum supra locum superossis abrasum prius bene, et steterit ibi a mane usque ad meridiem; quia superos ex toto corrodet; item curat grappas, sarolas et restas longas, quæ nascuntur super nervos post tibias posteriores.

Cap. CXVI. — De superpositura.

Efficitur quædam læsio super coronam pedis inter carnem vivam et ungulam, faciens rupturam carnis ibidem; et accidit hoc cum pedem super alium pedem causualiter ponet; et, si fuerit antiquata, efficitur cancer. Cura. Statim quod vulnus ob talem occasionem accidit, incidatur cum resneta tantum de ungula propinqua vulneri et circa vulnus quod ungula non tangat nec premat aliquo modo carnem vivam, quoniam oppressio, quæ fit ab ungulis ad carnem, non permittit vulnus solidari. Ungula vero decenter incisa circumquaque, loto prius cum vino calido vulnere, vel cum aceto, curetur vulnus cum solidativis, sicut in præcedentibus continetur; custodiendo semper vulnus a sordibus et ab aqua, donec fuerit consolidatum. Item ad idem et melius, si superpositura non fuerit nimis magna: Elixa duo vel tria ova cum cortice donec sint dura, et munda ipsa a corticibus, deinde unumquodque per se comprimas inter manus ut sint aliquantulum oblonga; hoc

de sapone de judei unc. j. et mestecale insenmura col' aloume del ovo et superpucilu; et poi sacci ca illu sterparane le mole voi setacze dala radicina. Item a quellu medenmu, vale supre onne cura lu experimentu posto de supra in delu capitolo dela griczaria, lu quale se fane de sale et de rasia et de sapone, unde per onne cosa fane cumu ene scriptu locu. Nota che questu medecamentu cura lu suprossu, rasu inprimamente lu locu, et stea locu dala demane fine a mezu iurnu, ca roderane tuctu lo suprossu. An' cura li grappi et le sarchie et li reste longe, che nasce supra li nervi de retu ale ganme de retu.

Cap. CXVI. — De supreposta.

Fase una lisione supra la corona deli pedi inter la carne viva e l' ongia, faciente la ruptura dela carne in quellu locu; abene questu quandu lu pede pone supra l' altru pede casualemente, et se ene antiquata, fase cancru. Curalu. Incontenente ca la plaga abene per cotale accasione, taglese cola rosenecta tantu dell' ungia de prescu ala plaga e denturnu che l' ungia non toche et per nullu modu non prema ala carne viva, ca la oppresione, la quale se fane dell' ungia ala carne, nol lassa resollare la plaga: la ongia vero tagliata convenevelemente denturnu alu locu, inprimamente culu vinu callu, voi col' aceto, la plaga se lave, et curese cun pulvi consolidativi, cusì comu se contene in deli passati capituli, guardannu tuctavia la plaga da acqua et da sozura fine actantu che sia resollata. Item a quellu medenmu, et megliu se la suprepositura non sarà troppu granne: lessa ij. ova, voi trene, cola cochia fine che sia toste, et mondale dala cochia, e de

facto, ponas unum duorum ovorum supra prunas ardentes, postea ipsum calidum bene liga fortiter supra locum superposituræ, et permitte ibi stare donec ovum sit quasi tepidum; et hoc facias bis vel ter, donec locus sit aliquantulum coctus, deinde statim recipias fuliginem furnorum, seu fucinæ fabrorum, et teras cum modico sale, et fac simul bullire in oleo, et ipsa bene calida liga super locum; coctura ovorum reiteranda non est ex quo semel bene facta est, sed appositionem olei calidi cum fuligine et sale reitera usque ad curam completam, quod erit infra quatuor dies; interim tamen cave a sordibus et ab aqua. Sed, si necesse fuerit, equitari potest secunda die, dummodo pecia sit superligata. Et cum equus reintrat stabulum, applicetur oleum calidum ut est dictum. Item ad idem: Tollantur pili circa vulnus, deinde lata cutis lardi super vulnus alligetur, postea superponatur fuligo bene trita cum sale et axungia, vel, si volueris, superponatur sal assum bene tritum cum fuligine per triduum, et sit aliquantulum tepidum; vel, si volueris, superponatur et alligetur emplastrum factum de pice nigra, cæra et sepo arietino, et custodiatur semper equus a sordibus et ab aqua. Si vero caro læsa extra corium apparuerit, pulvis rasuræ cornu cervi, vel bovis, cum veteri sapone ad consolidandum, ei ligetur. Et nota quod si vulnus ex negligentia vel inepta cura redigatur in cancrum vel fistulam; si fuerit cancer, curetur ut infra in capitulo de cancro; si fuerit fistula, curetur ut infra in capitulo de fistula continetur.

lenne cescasuno per suse conpremi cole mane, chesse faccia unu pocu longue, et, factu questo, poili supra la vrasia ardente, et unu callu ne lega supra la suprepositura et lassacelu stare fine che sia quasi tepegliu, e questo fane dui voi tre fiata, finechè lu locu sia unu pocu coctu, et incontenente agi la fulligine delu furnu, voi dela fucina deli ferrari, et tritala c'unu pocu de sale, et falla bullire in dell'olio, et quelle bene calle lega supra lu locu; la coctura dell'ova non ene da refare un'altra volta da poi ch'ene una volta bene facta. Onne ponere l'oliu callu cu la fulligine et lu sale refane un'altra volta usque ala cura, che sarrane infra quactru die. Un'altra fiata lu guarda dall'acqua e dala suczura. Ma se fosse necessariu de cavalcare, pose cavalcare ale secundu die, mentrachè la pecza ce sia legata. E quandu rentra lu cavallu na stalla, ponacese lu oliu callu comu ene dictu. Ancora l'altru: levese li pili deturnu ala plaga... legecese de supra la fulligine bene trita culu sale et assungnia, ma se voi, puce lu sale ben tritu cula fulligine per tre die, et sia unu pocu tepegliu. Ma, se voi, puince et legace lu enplastu factu de pece nira, et de cera et de sevu montonino. E se la carne apparerane con lisiune da fore delu coru, la pulve dela rasura delu cornu delu cerviu, voi de bove, cun sapone anticu aconsu... per negligentia, voi per non asievele cura, raducese in fistula, voi in cancru. E se ene cancru, curese comu ene de sucta in delu capitolo delu cancru. Esse ene fistula, curese comu se dice in delu capitolu dela fistula.

Cap. CXVII. — De incapistratura Equi.

Contingit frequenter quod equus ponit pedem anteriorem et frequentius posteriorem in capistro, et quando vult pedem ipsum extrahere non potest, propter quod accidit quod equus læditur in pastorea pedis ex parte posteriori, et fit ibi quædam læsio, vel incisio, quæ procedit usque ad nervos, et nisi succurratur læsioni prædictæ remediis opportunis, posset equus gravissime lædi, propter locum, qui est nervosus. Cura. Licet medicamenta possent multa adhiberi dictæ ægritudini, quæ possunt colligi ex diversis rubricis, quæ in hoc continentur libello, obmissis tamen omnibus aliis, unum valde utile experimentum hic ponam, quod non solum valet ad infirmitatem prædictam, sed etiam valet ad omnem crepatiam seu scabiem equi et omnem rupturam, et valet etiam ad vulnera; et, ultra hoc, cura prædicta tantæ est efficaciæ quod si equus aliquam ægritudinem patiatur propter quam periculosum sit ei aquam intrare, vel locum ubi patiatur balneari, inungatur locus infirmitatis unguento, quod infra ponetur, et superligetur aliqua pecia dicto unguento inuncta, et secure vadat per aquam et ubi voluerit, quia aqua non poterit penetrare. Unguentum autem tale est: Recipe olei olivarum 3. *I., terbentinæ* 3. *II., vel* 3. *III., quas misce bene simul et distempera ad ignem, deinde adde parum cære, et incorpora bene simul et unge: probatum est. Item ad idem, si incapistratura est recens, vel non multum antiqua: Recipe lanam succidam et fac de ipsa unum tortinellum, vel torclum grossum, ut capiat incapistraturam totam et plus; et dictum tortinellum imbibas de sepo arietino liquefacto, et liga*

Cap. CXVII. — De encapestratura.

Avvene spesse fiata che lu cavallu pune lu pede denanti, et plu spessamente lu pede de retu, in delu capestru, et quandu vole retrare lu pede non pone, et perciò gle abene ca lu cavallu ave lisiune in dela pastura delu pede dala parte de retu, et fase locu una lisiune voi incisiune, la quale vane usque ali nervi, et sese non sucure ala decta lisiune cule remeia ch'ene anmisteru, lu cavallu porrà avere granimissima lisione, perciò che lu locu ene nervosu. La cura: abengnia che multa medicamenta se pocza fare a questa infermetate, le quale se potesse coglere in deverse rubriche, le quale se contene in questu libru, lassate tame tucte l'altre medicamenta, unu troppu utile et provatu poneraiu ecchu, lu quale non solamente vale al'encapestratura, ma vale ad onne crepacce, voi scaja, e ad onne ructura, et vale ale plague, et plu che questo, la cura decta ene de tanta efficacia, che se lu cavallu patesse alcuna infermetate per la quale abenessene in granne periculu de intrare in dell'acqua, voi bangnare lu locu dove ene la infermetate, ungase lu locu dela infermetate delu unguentu lu quale se ponerane in sucta, et leguese supra lu dectu unguentu una peza unta, et securamente vada per l'acqua duve vole, ca l'acqua lo non porrà passare. L'unguentu ene cutale. Recipe de oliu de oliva unc. j., et de terbentina unc. ij. voi tre, le quale mesteca bene insenmura et stenperale alu focu, et aiungice unu pocu de cira et incorpura bene insenmura et ungelu; et ene provatu. Ancora a quellu medenmu, se la incapestratura ene recente, voi non multu an-

Digitized by Google

dictum tortinellum aliquantulum stricte supra incapistraturam ad modum unius pastoræ; interim tamen caveatur equus ab aqua.

Cap. CXVIII. — De paemia, clavardo, seu aquarola.

Paemia, clavardus, seu aquarola, quod est idem, fit ex allisione ferri, lapidis, vel ligni retro pedem iuxta ungulam sine inflatione crurium, et crepat et fetet et exit inde humor fetidus, quia omnis dolor provocat rheuma, et ideo inferiora rheumatizantia indigent iuvari frigidis et siccis, vel calidis temperate et siccis. Cura. Recipe mellis cochlearia duo, fuliginis cochlearia tria, telæ aranearum et de cimis urticarum et salis ad libitum; conterantur omnia bene simul; et, facto emplastro calido, superligetur per tres dies. Item ad idem: valet, si calida stercora hominis vel anseris superligentur. Quidam ungulam et corium iuxta paemiam scindunt, deinde aliquod emplastrum de supradictis superponunt et ligant. Item ad idem: valet emplastrum factum ex pipere, alleis, foliis caulium et axungia porcina veteri, quia, si superponatur, infra paucos dies vel curabitur, vel morietur clavardus, aquarola seu paemia; probavi et verum inveni.

ticata: Recipe la lana sucida et fane unu turcinellu, sichè piglie tucta le incapestratura et plu, et delenne piglia lu dectu turcinellu unu pocu strectu supra la incapestratura a modo d' una pasture. Et inter tantu lu guarda dall' acqua. E quellu turcinellu mictilu no sevo, chenne recoglia bene, unu pocu callu.

Cap. CXVIII. — Dela paemia, clavardu, voi acquarola.

Paemia, clavardu, voi acquarola, chè tucte ene unu, fase per urtatura de ferru, voi de preta, voi de lenu, derectu alu pede denpressu all' ungia senza la inflatione dele ganme, et crepa e fete et essie delenne humore fedu, ca onne dolore pruvocane la reuma, percione le cose de sucta abente reuma ane misteru de essere aiutate da cose fregede et secche, voi da cose callide et tenperate sicche. La cura. Recipe de mele ij. cucchiare, et de fulligine iij. cuchiare, et de tela de ranchiu et de cime d' ortica et de sale ala voglia tua; pistese bene onne cosa insenmura, et poi ch' è factu lu 'nplastu, legacelu callu per tre die. Item a quellu medenmu, valece lu stercu callu de l' omo voi dell' oca se ce lu poi. Et alcunu finde la ungia et lu coiru apressu la paemia; e de lenne alcunu enplastu... factu de pepe et de agli et de fronde de coli et de assungia vecchia; ca, sece se pone, infra pochi die, voi illu se maturaranu, voi illu moreranu lu clavardu, acquarola voi la poemia: et io l' aiu provatu, et aiu truvatu lu veru.

Cap. CXIX. — De interferitura.

Interferitura procedit quando equus nimis stricte incedit cum pedibus vel anterioribus vel posterioribus, ex quo equus se interferit, et ipsius gressus impediuntur, et cogitur equus claudicare. Cura. Si equus posterioribus pedibus se intus ferit, de ungula multo magis extra pedem quam intra tollatur, et calcaneum ferri extra pedem auferatur. Quidam vero inter calcaneum ferri, quod est extra pedem, anulum ferri ponunt, ut ex hoc equus largius ambulet ex parte posteriori. Si autem cum pedibus anterioribus se intus ferit, quidam tacco rotundus de solea veteris subtalaris ad latitudinem duarum onciarum accipiatur, et in medio eius fiat parvum foramen, atque inter pectus et spatulam eius pedis, qui iuncturam alterius pedis percutit, corium aperiatur; aperto corio et a carne separato, cum spatula tacco imponatur, ita ut foramen tacconis sit in medio fixuræ.

Cap. CXX. — De pinzanese.

Est quoque alia infirmitas contingens equo proprie in bulleto ungulæ ubi carnes vivæ in ungulis coniunguntur, quæ, velut infusio, impedit et detinet equi gressus, quæ quandoque in uno pede, quandoque in omnibus universaliter oritur; sed, si sit in uno pede tantum et non subveniatur ei cito, solet ad alios pedes transire; quæ leviter accidit ex fluxu malorum humorum ibidem concurrentium propter grossas fumositates inferius gravedine sua tendentes; facilius autem accidit

Digitized by Google

Cap. CXIX. — Dela interferitura.

La interferitura procede quandu lu cavallu anna troppu strettu culi pedi, voi denanti, voi de retu; per la quale cosa lu cavallu se interfere, et l'anamenti soi se inpedemetissi et lu cavallu zoppeca. La cura: se lu cavallu se interfere deli pedi de retu, tollase del'ongnia plu da fora che da intru; e lu calcaniu delu ferru da fore delu pede gle se tolla. Alcuni inter lu calcangniu delu ferru, che ene da fore delu pede, ponece unu anellu de ferru, chè per questu lu cavallu anne plu largu dala parte de retu. Et se illo se interfere culu pede denanti, unu taccone retunnu de solu vecchiu latu ij. unc. se trove, et in mezu ce se faccia unu forame pizulu, et inter lu pectu e la spalla de quellu pede, lu quale fere in dela iuntura dell'altru pede, aprase lu coru, et partase dala carne c'una spatolla et mectacese lu taccune sichè lu furame delu taccone sia in mezu dela fissura.

Cap. CXX. — De ponsonisi.

Ane un'altra infermetate abeniente alu cavallu propriamente in delo bullectu de l'ongia dove la carne viva si iunge cull'unge, la quale inpedementissi lu cavallu comu infusione, et detene l'andare delu cavallu; la quale alcuna fiata ene in unu pede, et se gle se non soccorre ciptu, sole passare actucti li pedi. La quale abene ligeramente per cursu de mali humuri concurrente a quellu locu per le grosse fumositate, per la sua graveza desceniente li humuri insu-

ex nimia frequentatione aquæ, atque turpitudine fumositatum stabuli, ac ab aqua in nocte ipsius cruribus et pedibus non siccatis, vel, cum ex itinere venerit, non tersis; ex quo morbo in lingua equi læsiones et ulcera generantur, ex quibus leviter talis infirmitas sciri potest, quæ Pinzanese vulgariter muncupatur. Cura. Ungulæ læsæ patientis equi usque ad subtilitatem subtus soleam pedis primitus præparentur, deinde cum rosneta ferrea bullesiæ pedum, usque quasi ad vivum ungulæ, subtilientur adeo ut bullesiæ ipsæ possint, apertis undique fumositatibus, exhalare, postmodum ab utraque parte bullesiarum phlebotometur decenter, ut exinde humores concursi evacuentur, vel cum ferro calidissimo cuspideo ab utraque parte funditus perforetur; custodiendo semper pedes læsos a sordibus et ab aqua; nec expedit equum interim aliqualiter fatigare. Fiant insuper pultes de furfure, aceto et sepo, sicut supra in capitulo de Scortiliatura edocetur, et talis pultis calida, quantum poterit substinere, extensa in aliqua pecia de lino, circa pedes læsos involvatur, bis in die renovando eamdem. Caveri tamen oportet ne patiens herbas comedat ullo modo, immo de aliis parum comedat, donec fuerit liberatus; quoniam herbæ et multa cibaria humores augent. De lingua vero, quæ occasione dicti morbi læditur, dico quod, cessante morbo a pedibus, linguæ ulcera solidantur. Item ad idem. Fiat alia pultis ex simili modo, ex qua pes equi læsus involvatur, renovando bis in die: Recipe stercus porcinum et calcem vivam, quæ simul bulliant in aceto fortissimo, postea fac ut supra. Alii vocant prædictam infirmitatem Malum linguæ. Et sunt signa infirmitatis predictæ cum lingua est ulcerosa et limosa, et venæ sub lingua nigrescunt; item ulcera sunt putrida, item morvilla fluunt ex ore ipsius, item vix stare potest, post quam malum ad

cta. E plu ligeru abene per troppu spesseiare l'acqua et per la suzura dele fumositate dela stalla, e quanno la nocte se none assuca li pedi delu cavallu e le ganme dall'acqua, e quandu vene dalu veveragiu chesse non necta. Per la quale infermetate se genera in dela lengua delu cavallu lesione et plague; per le quale cutale infermetate se po' sapere, et vulganamente se chiama ponsonisi. La cura: l'unge lese delu cavallu infermu aconcese usque a suctilitate de sucta dela sola delu pede, et de lenne cula rosnecta li bullise deli pedi se assuctilie quasi usque alo vivo dell'ongia, acciocchè li bullisi poza plu apertamente d'onne parte scacciare le fumositate, et poi de quà et delà dali bullisi se sange convenevelemente, che dellenne li humuri concursite senne cacce, voi dall'una et dall'altra parte se pertunna c'unu ferru callu acutissimu bene affundu, guardannu tuctavia li pedi infirmi da suzura et da acqua; e non se convene allu cavallu fatigare. E facciaglese una pultra de brenna et de acetu et de sevu, cusì comu se insegna de supra in delu capitolo dela stortigliatura; e cotale pultra se stenna supra una peza de linu et involvase calla in deli pedi inferme, due fiata in die renovandula. Et oportet guardare che lu cavallu non manduche herba per nullu modu, et dell'altre cose, poche manduche, fine che sia liberatu, ca le erbe et molte altri civi accrescenu humuri. E dela lengua, la quale per la decta accasione de questa infermetate se inferma, dicu che, cessante la infermetate deli pedi, le plaghe dela lengua se resolla. Item, a quellu medenmu faczase un'altra pultra, dela quale pultra in semegliante modu se involva inde lu pede delu cavallu, due volte in die renovandula: Recipe lu stercu purcinu e la calce viva e bollanu in senmura in del'acetu fortissimu, et poi

pedes descenderit. Curatur autem hæc passio etiam per hunc modum: Abradatur prius ulcerositas et limositas quæ sunt sub lingua, postea locus abrasus fricetur bene cum duobus cochlearibus fuliginis et uno cochleari salis, et uno capite allii simul valde bene tritis; et venæ, quæ sub lingua sunt, incidantur et per medium secentur, vel in summitate linguæ, quasi dimidia uncia, incidatur, et iuxta ungulam, intra pedem et extra, ex quatuor pedibus minuatur.

Cap. CXXI. — De ungulis obliquis atque pedibus.

Ungulis obliquis atque pedibus tale adhibeatur remedium: Ferrentur frequenter et parentur ac aptentur ungulæ ad modum rotunditatis ferri, quia, etsi non plene, quoquomodo tamen emendantur. Sane unum restat de ungularum præparationibus recordari quod ad interferituram, sive ad unius pedis ad alium percussionem, multum prodest, scilicet: quod ungulæ, in ferrando, magis exterius quam interius præparentur, et ut ferro magis alto in exteriori quam interiori parte sæpe ferretur; et sic omne remedium habebit. Solet etiam equo ex macredine, vel debilitate, interferitia pedum contingere, quam, resumpta pinguedine et viribus, credimus nihilari.

se faccia comu ene dectu de sopra. Alcuni chiama la decta infermetate Malu de lingua. Et so' li signa dela decta infermetate quandu la lengua ene plagata et limusa, et le vene suta la lengua sone niri; e le plague so' feditose, e la schiuma gl' esce dela vocca. Appena po' stare, poi che lu male descenge ai pedi. Curese questa passione per questu modu: Radese in primu le plague e la limositate, le quale sone sula lengua; et poi se freche lu locu bene con ij. cuchiare de fulligine, et cun j. cuchiaru de sale, et c' una capocza d'agli pistate bene insenmura. E le vene, chessone sula lengua, se taglenu et sechese per mezcu, voi in dela ponta dela lengua taglese quasi meza uncia et, apressu l' ungia dentru et de fore delu pede, deli quactru pedi se sange.

Cap. CXXI. — Dell' onge torte.

In dell' unge torte in deli pedi ce se dea cutale remeiu: ferrese spessamente et acconcese et parese l' unge a modo delu ferru in tundu, et se non pleneramente per qualunca modu se mende. E restace una cosa da recordare dela preparatione dell' unge, che alu interfirere dell' unu pede all' altru multu gle fa prode, cioene che l' unge, in delo ferrare l' onge, s' acconce plu da fore che da entru, et lu ferru plu altu da fore che da entru spesse feata se ferre; e cusì averai onne remeiu. E sole avenire ali cavalli per macreza, voi per debilitate, lu interferire deli pedi, li quali poi che reingrassa et ane forza credemo che nonne interfera.

Cap. CXXII. — De cutellato et habente multum frigus in pedibus.

Si equus fuerit cutellatus in pede, hoc est multum speratus in pede, aut si habuerit multum frigus sub pede, tere salem et fuliginem et superpone cum stuppa grossa per tres dies; postea bis in die lava cum aceto et superpone parum stuppæ infusæ in oleo calido; deinde accipe romium tritum vel corticem eius bullitum in aceto, et superpone donec sit liberatus, postea misce calcem vivam cum sapone, et per diem unum et noctem superpone.

Cap. CXXIII. — De inclavatura.

Videndum est deinceps de inclavaturis, quarum species primo recto sunt ordine distinguendæ. Fit enim quædam inclavatura aliquando lædens funditus tuellum intrinsecus. Fit et alia quæ transit inter tuellum et ungulam, tuellum intrinsecus minus lædens. Tertia species non est lædens tuellum, sed ungulæ vivum tangit et lædit. Prima igitur species, quæ tuellum funditus lædit, satis periculosa existit, quoniam tuellus est quædam teneritas ossium, facta ad modum ungulæ, nutriens ungulam et gubernans, et etiam radices ungule universaliter ad se trahens. Cura. Si tuellus fuerit funditus nimium læsus, subveniatur salubrius ungulas dissolando, sicut infra in capitulo de dissolaturis ungularum docebo. Si vero tuellus fuerit parum læsus, discooperiatur solea ungulæ circa vulnus cum aliquo decenti ferreo instrumento, et intantum circumcirca

Cap. CXXII. — De cotellatu, voi habente multu fredo in i pedi.

Se lu cavallu sarrane cutellatu in delu pede, cioene multu partutu in delu pede, voi se ellu averane multu fredu sulu pede, trita lu sale e la fulligene et pocela cu stuppa grossa per iij die, et poi lu lava due feata in die cull'acetu, et puce unu pocu de stoppa infussa in dell'oliu callu. Et agi lu sparanu pistu, voi la scorcia sua bullita in dell'acetu, et pucelo fine chessia liberatu, et poi mesteca la calce viva culu sapone, et unu die et una nocte ce se pona.

Cap. CXXIII. — Dela inchiovatura.

De cutanante ene da vedere dela inchiovatura, dele quale inprimamente le specie sone da distengere. Cha se fane una inchiovatura alcuna fiata nocente alu tuellu da fundu da entru. E fase un'altru inchiovatura che passa intre lu tuellu et l'ungia mancu nocente alu tuellu da entru. E la terza spetie ene non nocente alu tuellu, ma ad lungia, ca menu tocca lu tuellu et menu gle noce. Adonca la prima spetie, la quale noce assai alu tuellu a fundu et assai ene pericoloso, ca lu tuellu ene una teneritate de ossu factu a modu dell'ungia nutricantu l'ungia e gubernantela, e le radicine dell'ungia traentele asseve universalemente. La cura: se lu tuellu sarà troppu in fundu lesu, soccoiraglese salutevelemente dissolantu la ongia cusì comu insengiaraiu de suptu in delo capitolu dele dissolature de l'ungia. Esse lu tuellu ave-

læsionem de ungula incidatur quod læsio circumcirca funditus attingatur. Patefacta igitur inclavatura et bene discooperta, subtilietur solea ungulæ universaliter et specialiter circa læsionem, intantum ungulam incidendo quod spatium tale inter ungulam et læsionem remaneat, quod ungula non premat læsionem nec eidem adhæreat; quoniam impediret consolidationem carnis et renovationem novæ ungulæ. Hoc peracto, impleatur læsio seu vulnus stuppa intincta in albumine ovi, deinde vulnus curetur cum sale trito minuto et aceto fortissimo, vel pulvere gallæ vel myrti vel lentisci, ut in præcedentibus continetur. Laudo tamen ut ante quartum diem inclavatura non discooperiatur, ad hoc ut humores ibidem melius coadunentur, et sic postmodum de loco melius possit extrahi. Post quartum vero diem humores, seu putredo, in loco inclavaturæ nullatenus dimittantur; quia de facili totam ungulam corrumperent.

Cap. CXXIV. — De secunda specie inclavaturæ.

Si clavus læsionem fecerit inter tuellum et ungulam, quæ est secunda species inclavaturæ, minus periculosa existit, quoniam tuellus non læditur nisi ex latere. Cura. Prius inclavatura illa usque ad vivum funditus detegatur, incidendo per longum ungulæ et elargando circa vulnus, nec non circuncidatur ungula læsioni propinqua, ut vulneri non adhæreat quoquomodo. Inclavatura vero discooperta, postea læsio totaliter impleatur ex sale minuto, abluto prius vulnere cum aceto; deinde, superposita stuppa madefacta in aceto, pes læsus cum aliqua pecia ligetur, et postea

rane poca lisione, discoprase la sola dell' unge denturnu ala plaga con alcunu convenevele ferru, et intantu se tagle dela lisione denturnu dell' ongia, che la lisione vada infundu. Et, aperta bene la inchiovatura, assuctiglese la sola dell' unge universalemente, et spitialemente denturnu la lesione, tagliandu tantu l' ungia che lu spatiu inter l' ungia e la lisione remana, chè l' ongia non prema 'na lesione, nece se appresseme. ca inpedimenterà la consolodatiune dela carne e la renovatione dell' ungia. Et factu questu, inplase la lesione de stuppa infussa in dell' aluvme dell' ovo. E de lenne la plaga se cure culu sale minutulu, et culu acetu fortissimu, voi cula pulve dela galla, voi dela mortella, voi delu lentescu, cusì comu se contene in deli passanti, lavandelu tame, et nante lu quartu die l' anchiovatura se non scopra acciò che li umuri meglu s' adune locu, et sì che de quellu locu... voi la sania per nullu modu ce se nol lasse in delu locu dela inchiovatura, ca ligeramente corronperà tucta l' ongnia.

Cap. CXXIV. — Dela secunda spetia dela inchiovatura.

Se la inchiovatura farrane lisione inter lu tuellu et l' ungia, la quale ene la secunda spetie dela inchiovatura, ene menu pericolosa, ca lu tuellu se non ledo se none dalu latu. La cura: inprimamente la inchiovatura usque alu vivo se traga da fundu, tagliandola per lo longu tlell' unge et allargandola denturnu ala plaga, et taglese depressu l' ungia ala lesione predecta che non toche la plaga in nullu modu. Et scopercta la inchiovatura, la lesiune se enpla de sale minutu, lavatu imprimamente la plaga cull' acetu, e postace la stuppa infussa in dell' acetu, leghese c' una pecza, et

curetur, bis in die, sicut supra dictum est, renovando.

Cap. CXXV. — De tertia specie inclavaturæ.

Tertia species inclavaturæ est quæ non lædit tuellum, sed transit per medium inter vivum et ungulam. Cura. Fiat illud idem, quod in secunda specie inclavaturæ dictum est; hoc tamen addito quod, discooperta et bene attincta inclavatura, ungula exterius incidatur usque ad læsionem clavelli, ut nihil sordis, putredinis, vel turpitudinis, intus· læsionem valeat retineri. Et nota quod omnes inclavaturæ, quæ non tangunt, nec lædunt, tuellum intrinsecus, facile possunt curari hoc modo: Attinctis et discoopertis prius læsionibus, funditus, prout decet, sepum aut cæra vel oleum, aut aliquod unctuosum, fervens et bulliens intromittatur in vulnus. Item curari possunt cum sale et tartaro simul tritis. Item curari possunt cum albumine ovi cum aceto et oleo simul agitatis. Item ad idem valet pulvis gallæ et lentisci et myrti intromissis in læsione, prius tamen locum inclavaturæ semper cum aceto fortissimo abluatur. Cura alia et melior ad omnem inclavaturam. Postquam inclavatura bene fuerit discooperta, maxime si equum oporteat equitari, facias bullire sal tritum in aliquo vase parvo cum modico oleo, et postquam satis bullierit, remove ab igne, et statim adiunge quadruplum terbentinæ et simul incorpora, deinde prædicta omnia bene calida immittas in inclavaturam ita quod fossula illa sit tota plena; et, post refrigerationem prædictorum, proiice desuper pulverem sulphuris vivi; hoc facto, superponas plumazolos de stuppa et liga stricte; si vero necesse fuerit equitari, superponas bombacinum simul cum sepo mixtum. Et

poi se cure dui fiata in die renovandulu, comu ene decto de supra.

Cap. CXXV. — Dela terza spetia dela inchiovatura.

La terza spetie dela inchiovatura ene la quale non lede lu tuellu, ma passe per mezu inter lu vivu et l'ungia. La cura: fane quellu ch'ene dectu in dela seconda spetie dela inchiovatura; tame aiuntuce, che scoperta et bene actenta la inchiovatura, la ungia se tagle da fore fine ala lesione de lu chiovo, chè ce se non poza retenere suczura nè sania inter la lesione. E nota che tucte le inchiovature, che non tocca lu tuellu, legeramente se pone curare per questu modu: Actente et scoperte le lisione inprimamente como se convene, lo sevo, voi la cira, voi lu oliu, voi altra cosa untoosa fervente et bullente se metta 'na plaga. Ancora se po' curare culo sale et la rasia tritate insenmura. Ancora se po' curare cula fulligene et culu sale et cull' oliu tritate insenmura et mestecate. Ancora se po' curare cull' alvume dell' ovu et coll' acetu et cull' olio mestecate insenmura. A quellu medenmu ce vale la pulve dela galla et dela mortella et delo lentescu messu in dela plaga; tame inprimu se lave lu locu dela inchiovatura con acetu furtissimu. L'altra cura et megliore ad onne inchiovatura: Poi che la inchiovatura ene bene scoperta, et spitialemente se lu cavallu se deve cavalcare, fane bullire lu sale tritu in unu pizolu vasu c'unu pocu d'olio, et poi che ane assai bullito, levese dalu focu et agiuncice quactru tanta de trebentina et mestecale insenmura. Et de lenne tucte queste cose decte micte in dela inchiovatura, sichè tucta quella fossecta sia plena; eppoi che

nota quod ad omnes læsiones pedum et ungularum, quæ accidunt occasione clavelli vel ligni aut alicuius ingredientis inter vivum et mortuum ungulæ, antequam pes, vel ungula, tangatur pro inclavatura inquirenda, fiat pultis de furfure, sepo et malvis, quæ omnia bulliant cum aceto usque ad spissitudinem, deinde tantum calida, quantum pati poterit, ponatur in pede læso, et cum pecia aliqua ligetur a mane usque ad sero et e contra; quoniam tales pultes dolorem mitigant, poros aperiunt, et ungulas humectant ut pro velle levius inciduntur. Cavendum est autem a sordibus et ab aqua et equitatu, secundum quod inclavatura magis vel minus periculosa existit.

Cap. CXXVI. — De inclavatura quæ rumpitur in corona pedis.

Accidit aliquando ex imperitia medicantis quod inclavatura non bene attingitur nec curatur, unde contingit quod putredo læsionis inclusa intus ungulam, cum non habeat viam nec exitum, facit sibi viam inter vivam carnem et ungulam, videlicet supra pedem rumpens carnem; et fit ibi quoddam vulnus emittens putredinem. Cura. Claudatur via superior, et per omnia curetur tale vulnus, sicut curatur vulnus superposituræ (require ergo supra in capitulo de superpositura), inclavatura tamen inferius subtus soleam requi-

sone refrede tucte queste cose, iectace la pulve delu solfo vivo. E factu queste, puce li plumazoli dela stuppa e legali bene stricti. E s'è necessariu de cavalcare, se puice la banmace mestecatu colo sevu. E nota che ad onne lesiune deli pedi et de l'unge, le quale abene per accasiune de chiovu, voi de lenu, voi alcuna cosa intrante inter lo vivo e lu mortu de l'unge, nanti che lu pede, voi l'ungia, se toche pro incercare la inchiovatura, facciase una pultre de brenna et de sevo et de malve, et queste bulla tucte in dell'acetu usque a spissitudine, et de lenne ponase tantu calla, quantu porrà sostenere, in delu pede lesu, et leghese c' una pecza et dala demane usque in dela sera, et dala sera fine in dela demane; ca cotale pultra mitiga lu dolore, et apre li pori et fane umida l'ungia, che plu ligeramente se tagle comu voi. Tame ene da guardare da suczura et dall'acqua e de cavalcare, secundu che la inchiovatura ene plu periculusa, voi menu pericolosa.

Cap. CXXVI. — Dela inchiovatura la quale se runpe in dela corona.

Abene alcuna fiata per poca scientia delu medecante che la inchiovatura non se scopre bene, nè se cura, unne abene che la sania dela lesiune, inclusa inter l'ungia et la carne viva, che, concesia cosa che non agia via nè eximentu, fagle la via inter l'ungia et la carne viva, cioene supra lu pede ronpente lu coru, et fase locu una plaga calcante la sania. Curalu per onne cosa comu se cura la plaga dela superpositura; recercala adunca supra in delu capitolo dela sopraposta, et tame la inchiovatura se recerche de supta

ratur, et attingatur usque ad vivum; deinde curetur sicut aliæ inclavaturæ.

Cap. CXXVII. — De ficu quæ nascitur in solea pedum.

Accidit quod pes equi læditur subtus ungulam in medio soleæ, et hoc contingit vel ex ferro, vel ex osse, vel lapide, vel ligno, vel alio simili usque ad tuellum intrante, propter quod tuellus aliquando læditur vehementer; ex qua læsione, cum non inciditur ungula circa vulnus propter negligentiam Marescalchi, ut supra in capitulis de superpositura et inclavaturis dictum est, nascitur ibi quædam carnis superfluitas a tuello procedens, super soleam pedis propter vulnus extrinsecus exiens, unde ex oppressione ungulæ circumcirca læsionem cogitur illa carnis superfluitas super soleam pedis in superficie permanere, facta ad modum ficus siccæ; et ideo ficus vulgariter nuncupatur. Cura. Incidatur de ungula, quæ est circa vulnus intantum funditus quod fiat spatium condecens inter soleam pedis et carnem superfluam, quæ dicitur ficus; postea vero dicta caro superflua, quæ ficus dicitur, usque ad soleæ superficiem incidatur; deinde, restricto sanguine, spongia marina super ficum cum aliqua pecia stricte alligetur, ut residuum ficus, quod in pede remanserat, usque ad tuellum funditus corrodatur. Corrosa vero ficu, curetur læsio sicut de aliis læsionibus pedum superius est expressum. In defectu vero spongiæ, multum valet pulvis asphodelorum, vel alii pulveres corrosivi: excepto resalgari, quod non approbatur, quoniam immoderate violentum existit. Cavendum est autem ne fiat ibi coctura, quoniam tuellus, propter teneritatem suam,

ala sola da entru, et tochese usche alu vivo, et de lenne se cure comu l'altre inclovature.

Cap. CXXVII. — De fico lo quale nasce in nela sola delo pede.

Sole abenire una lisiune alu cavallu de socta all'ungia in mezu dela sola. E questo adevene voi per ferru, voi per ossu, voi per preta, voi per lenniu, voi per altra cosa semegliante a queste et intrante usque alu tuellu, perzò che lu tuellu alcuna fiata se lede legeramente. Per la quale lisione, concesia cosa che, se non taglia l'ungia per la negligentia delu marescalcu, comu ene dictu in delu capitulu dela suprapositura et in capitulu dela inchiovatura, nasce locu una superfluitate de carne procedente dalu tuellu supra la sola delu pede, in dela supre faccia procedente, facta a modu de ficu secha, et vulganamente se chiama ficu. La cura: taglese dell'ungia deturne ala plaga in tantu affundu, che ce se faccia convenevele spatio inter la sola delu pede et la carne superfiua, la quale se dice ficu. E poi la decta carne superflua taglese in dela superficie usque ala sola, e poi ch'ene restrectu lu sangue, la spongia marina se legue supre lu ficu strectamente c'una peza, et quellu che remane dela ficu usque alu tuellu se ruda infundu. E poi ch'ene corrosa la ficu, curese la lisiune, comu se cura l'altre lisione deli pedi, comu ene dectu de supra. In delu defectu dela spongia, valece multu la pulve de l'asfodilli, voi altri pulvi corrosivi, salvu lu resalgaru, lu quale non s'approva cha smodatamente ene violentu. Ma ene da guardare che non ce se dea focu, ca lu tuellu, per la teneritate sua, dalu focu in tale manera

ab igne taliter posset lædi, quod ungula a tuello cadere, vel dividi, cogeretur.

Cap. CXXVIII. — De Subatutu.

Contingit aliquando quod solea ungulæ subtus pedem tam diu ducitur sine ferris equitando per loca montuosa, dura, vel petrosa, quod quasi adnihilatur, et intantum subtilis efficitur, quod tuellus intrisecus a prædicta solea ungulæ defendi non potest, propter quod tuellus necessario læditur ex oppressione lapidis, vel alicuius alterius rei duræ; et, læso tuello, fit inter tuellum et soleam quædam congregatio sanguinis cum dolore, et humores ad locum dolentem concurrunt. Et hæc passio dicitur Subatitura. Cura. Dissoletur ungula, secundum quod læsioni congruit, aut tota si magna fuerit, aut media, si minor, aut parum, si parua, et evacuentur humores ibi confluentes, et tuellus læsus melius pro velle curetur. His peractis, postea per omnia fiat, usque ad convalescentiam, sicut videbis contineri infra in capitulo de dissolaturis ungularum.

Cap. CXXIX. — De Spumatoris ungularum.

Contingit quandoque quod infusio equi ex negligentia vel imperitia medicantis descendit ad pedes, et hoc propter humores, more solito, ad crura fluentes. Cura. Si infusio recens fuerit vel moderna, sic curetur: Extremitas ungulæ in anteriori parte pedis cum parva rosneta in tantum cavetur funditus, donec vena magistra pedis, quæ tendit ibidem, rumpatur: deinde, attincta

pocterà che l'ungia fora necessariu de caderene, voi de esserene divisa.

Cap. CXXVIII. — De subactutu.

Molte fiata abene che la sola dell'ungia de sucta alu pede tantu se mena senza ferri, cavalcandose per le locura montuose et dure, voi pretuse, che quasi se aduce a niente, e intantu se fane suctile, che lu tuellu da entru dala decta sola se non po' defendere, per la quale cosa lu tuellu de necessetate se lede pre oppressione d'alcuna cosa dura, et poichè ane lisiune lu tuellu, inter lu tuellu e la sola fase una abunnanza de sangue con dolore, et li humure concorrendu alu locu dolente. E questa patione se dice subactuta. La cura: dessolese l'ognia secundu che convene ala lisione, voi tucta se illa ene granne, voi meza se ene minore, voi poco se illa ene pizola, et caccesenne li humuri currente locu, e lu tuellu lesu megliu se cure secundu volere; et facte queste cose, poi gle se faccia, fine che sia sanatu, cusì comu vederai de sucta in delu capitolu deli dissolature dell'ungnia.

Cap. CXXIX. — Dele spumature dell'unge.

Per negligentia, voi poca ductrina delu medecante, alcuna fiata ali cavalli abene infusione et desenge ali pedi, et questu avene che li humuri, comu sole, correnu ali pedi. La cura: se la infusione sarrane recente, voi novella, curese in questu modu. La extremitate dell'ungia dala parte denanti delu pede, c'una pizola rosenecta, intantu se cave infundu, fine che la mastra

vena seu rupta cum rosneta, usque ad debilitatem corporis sanguis permittatur exire: et hoc fiat in omnibus pedibus claudicantibus, si videbitur expedire; post extractionem sanguinis congruentem et constrictionem, impleatur vulnus sale minuto, et supra sal in vulnus positum ponatur stuppa in aceto infusa, subsequenter ligetur pes bene cum aliqua petia ut, scilicet stuppa in aceto infusa, a vulnere separari non possit, et usque ad duos dies nullatenus dissolvatur; postmodum curetur vulnus cum pulvere gallæ vel myrti vel lentisci, mutando bis in die; abluto tamen prius vulnere cum aceto. Semper autem custodiatur equus a sordibus et ab aqua, donec ipse sanetur.

Cap. CXXX. — De Dissolaturis ungularum.

Aliquando contingit humores ad pedes confluere inter ungulas occasione infusionis, et propter incongruam curam diu morantur ibidem et antiquantur in loco, quod periculosum existit. Cura. Pedes claudicantes penitus dissolentur, ut humores et sanguis inclusi ibidem evacuentur ad plenum. Igitur solea subtus ungulam undique circa extremitates circuitus ungulæ cum rosneta congrua incidatur. Deinde solea pedis circumincisa violenter extrinsecus extirpetur, qua extirpata, dimittatur ungula ad libitum sanguinare; deficiente sanguine, stuppa cum albumine ovi infusa intromittatur habundanter in vulnus, totum pedem læsum cum pecia bene ligando, et usque ad duos dies cum tali medicamine dimittatur; postea, loto vulnere cum aceto fortissimo aliquantulum calido, statim de sale minuto et tartaro, bene tritis et æqualiter sumptis, vulnus totaliter implea-

vena delu pede, che vane locu, se ronpa, e rocta la vena lassa issire lu sangue fine che lu cavallu adevelisca. E questu se faccia a tucte quelle pede che zoppeca, se pare che sia convenevele. E poi ch' ene tractu lu sangue convenevele, inplase la plaga de sale minutu, et supra lu sale se pona la stuppa infussa in dell' acetu, et leghese lu pede bene c' una pecza, chè lu sale e la stuppa infussa in dell' acetu se non poza partire. Et usque a dui die per nulu modo se assoglia. E poi se cure la plaga cola pulve dela galla, voi de mortella, voi de lentescu, remutandulu dui fiata in die, tame se lave inprimu la plaga con acetu. E tuctavia se costoda lu cavallu da suzura et dall' acqua fine che sia sanatu.

Cap. CXXX. — Dele dessolature dell' unge.

Spesse feata li humuri scurrenu ali pedi inter l' unge, per accasiune de infusione, et per la non convevenevele cura li umuri longu tenpu demoranu in quellu locu et anticacese, la quale cosa ene periculosa. La cura: lu pede zoppecante appestuctu se dessole, chè li humuri e lu sangue inclusu in quellu locu se n' esca pleneramente. Adunca la sola de sucta all' ungia d' onne parte ala extremetate deturnu all' unge c' una rosenecta convenevelemente se taglie. E de lenne la sola delu pede, poi ch' ene tagliata deturnu, violentemente se sterpe da fore. E, poi ch' ene sterpata, lassa issire lu sangue dell' ungia quantu te place. E, mancante lu sangue, la stuppa cul' alvume dell' ovo ce se mecta habundantemente in dela plaga, legando tuctu lu pede c' una peza, et lassalu stare dui die con questu medecamentu. E lavatu la plaga cull' acetu

tur, eum bene ligando cum petia, nec usque ad tres dies aliquid renovetur. Post appositionem autem salis triti et tartari, superponatur stuppa in aceto fortissimo madefacta, deinde bis in die in aceto fortissimo calido pedis læsio abluatur, et superaspergatur de pulvere gallæ vel myrti vel lentisci vel tartari; nam carnes consolidant, et humores constringunt; et usque ad consolidationem carnium et renovationem ungulæ talis cura procedat, custodiendo pedem læsum a sordibus et ab aqua. Potest et aliud unguentum fieri ad consolidandum carnes et constringendum humores, quo non est utendum nisi post appositionem salis et tartari: Recipe olibanum, masticem, picem græcam, et aliquantulum sanguinis draconis, et misceantur cum cæra nova liquida et cum tantundem de bono sepo arietino, bulliant ad invicem, et fiat inde unguentum, et de tali unguento, aliquantum calido, utere ad consolidandum carnes et constringendum humores. Et nota quod multæ atque diversæ infirmitates, vel læsiones, pedibus equi eveniunt, propter quas necessario oportet ungulas dessolari, quod cum acciderit, et ungulæ dissolantur, prædictis medicaminibus curentur. Et est sciendum quod ad omnes ungulas augmentandas et humectandas, et ut ad ferrandum melius incidantur et pro velle melius præparentur, potest fieri emplastrum quod sequitur: Recipe malvam, parietariam, furfurem et sepum arietitinum, quæ omnia simul bulliant eadem sepius agitando; de tali autem decoctione calida ungulæ totaliter involvantur, pluries eadem renovando.

forte, unu pocu callu, et incontenente la plaga se inpla de sale minutu et de rasia ben tritu, et gualemente recepute, legandoce bene una peza, et non ce se renove chibelli usque a iij die. E dapoi che c'ene postu lu sale e la rasia, ponacese la stuppa infussa in dell'acetu fortissimo, et de lenne dui fiate in die se lave con acetu fortissimo la lesione delu pede, et spargacese pulve de galla, voi de mortella, voi de lentescu, voi de rasia, ca la carne se resolla, et li humuri se strengenu. Et usque ala consolidatione dela carne, et ala renovatione dell'ungia, cutale cura ce se faccia, guardannu lu pede lesu tuctavia dala suczura e dall'acqua. Pocese fare un'altru unguentu arresollare la carne et a conestrengere li humuri, lu quale non ene da usare forsia nanti ce non fosse postu lu sale e la rasia: Recipe lu incenzu et la mastice, e la pece greca et unu pocu de sangue de dracone, e mestechese cola cira nova liquida, et altretantu de sevo montonino, et bullanu insenmura, et facciasenne unguentu, et de cotale unguentu, unu poco callu, usa ad resollare la carne et a conestrengere li humuri. E nota che multe et diverse infermetate, voi lisione, avene ali pedi deli cavalli per le quale de necessetate se opu desolare le unge. Che quannu abene, e l'ungie se dessolenu, curese cule decte medicamenti. Et ene da sapere chè tucte l'unge crescanu, et aianu plu humore et in meliu se acconcenu a ferrare, et che megliu se taglenu, pocese l'enplastu fare che sequeta: Recipe la malva et la paritaria, e la brenna e lo sevo montonino, e tucte queste cose bullanu insenmura, et de cotale decotione tucte le unge senne involva, renovanducela presure volte.

Cap. CXXXI. — De mutationibus ungularum.

Accidit pluries ex negligentia Marescalchi quod humores fluentes ad pedes, et ibidem diutius interclusi, intantum inter ungulas antiquantur, quod necessario ungulam a tuello intrinseco separant et evellunt, viam quærentes exeundi, et, cum non habeant, cogitur patiens equus læsam ungulam immutare. Aliquando contingit quod ungula læsa separatur penitus a tuello, et illud accidit propter fumositatem humorum multorum ad ungulam defluentium; et quandoque ungula paulatim se dividit a tuello, et, cooperante natura, nova ungula renascitur veterem propinquo consequens, quod ex humorum paucitate contingit. Cura. Statim vetus ungula cum rosneta circumcirca modicum incidatur ubi iungitur cum novella, ita quod vetus ungula, quæ fortis est et dura, non lædat vel comprimat teneram vel novellam; deinde recipiantar duæ partes de sepo arietino, et tertia pars cæræ, et cum modico olei olivarum insimul bulliant donec fiant unguentum; de tali autem unguento, aliquantulum calido, bis in die nova ungula inungatur (et nota quod dictum unguentum ad augmentationem et renovationem omnium ungularum habile reperitur) custodiatur tamen ungula a sordibus et ab aqua; et prædicta cura adhibenda est donec prædicta ungula fuerit bene mutata. Item ad augumentationem et renovationem ungularum, fac unguentum positum in capitulo proximo de seta seu setula, quod incipit: « Recipe radicis consolidæ libram I., radicis ebuli libram I. et semis » et cetera, quod mirabiliter operatur. De ungula vero, quæ illico dividitur a tuello, et penitus cadit, multa, propter moræ dispendium, dicere prætermitto:

Cap. CXXXI. — Dele mutatione dell' unge.

Presure fiate abene per negligentia delu marescalcu che li humuri scurrenti ali pedi, e locu luntanamente interclusi, tantu se antiqua inter l' onge, che de necessetate parte lu tuellu dall' ungia et carpelu, cercante la via d' essirene, et, concesia cosa che illu non aiano la via, de necessetate se convene de mutare l' ungia lesa. Alcuna fiata abene, che l' ongia lese se parte actuctu dalu tuellu, et quellu abene per la furia de multi humuri currente all' ungia. Et alcuna fiata a pocu appocu parte l' ungia delu tuellu, et la natura operante renasce la ongia nova consequetante appressu l' ungia vecchia, la quale cosa abene per poche humuri. Curalu: incontenente la unghia vecchia se tagle cula rosnecta deturnu inturnu, dove se ionge coll' ungia novella, sèchè l' ungia vecchia non noccia ala ungia nova, et de lenne se recipa due parte de sevu montonino, et terza parte de cira c' unu pocu d' olio de oliva, et bullanu insenmura fine che se faccia unguentu. E de cotale unguentu dui fiata in die se unga la ungia nova. E nota che lu dectu unguentu ad crescere et arrenovare tucte l' unge se trova asevele. Tame se guarde l' ungia dale soczure et dall' acqua. Et ecce da fare la dicta cura finechè l' ongia sia bene mutata. Item ad crescere et a renovare l' ungie: lu unguentu postu infra capitolu prossimu, lu quale cusì se comenza: » Recipe de radicina dela consolida libr. j. la radicina deli gebli libr. j. et §. » ecc. miravegliosamente ce opera. De la ongia, la quale se parte veracemente locu da lu tuellu... multe cose lassu per custumanza delu dispendiu. Tame alcunu remeiu se

aliquod tamen remedium invenitur, quod tale est: Recipe picis græcæ, olibani, masticis, boli armenici, sanguinis draconis et galbani æqualiter, pulverizentur omnia et liquefiant cum duabus partibus sepi arietini et tertia parte cæræ, insimul omnia agitando. Deinde accipiatur pannus lineus fortis, et immittatur totus in confectione prædicta, et totaliter infundatur; de tali panno, sufficienter in huiusmodi confectione involuto, fiat capellum, seu sotular, ad modum tuelli et pedis ungulæ, et desuper imponatur, ita quod tuellus sit semper in concavitate capelli, seu sotularis, et bis in die, capello, seu sotulari, extracto, abluatur cum aceto fortissimo aliquantulum tepefacto, iterum, immisso capello, seu sotulari, super tuellum, semper cavendo ne tuellus ab aliquo duro feriatur. Verum, quia equus propter amissionem ungulæ super pedes diu stare non potest, fiat ei cubile, vel stratum, de palea longa ut pro velle quiescat. Et, si equus recte stare non posset (semper autem iacere nimium tædiosum foret atque damnosum), paretur, ut stet rectus artificialiter, tali modo: Accipe quatuor brachia panni fortis et grossi canapini, et, si expedierit, fiat fortius cingulis ibi sutis, et sub pectore et ventre equi pannus taliter collocetur, quod amplitudo panni a medietate ventris usque ad extremitatem pectoris protendatur, deinde ligentur funes in utroque capite panni et suspendantur, ligando bene, ad trabes, taliter quod totum equi corpus substineatur a panno et funibus supradictis; equus tamen, quantum suum posse fuerit, leniter premat terram. Et sic, iuvando naturam cum artificiis prædictis, pro renascendis ungulis remedium poterit inveniri. Et nota quod in omnibus ægritudinibus, quæ equum prohibent stare pedibus, prædicto artificio panni, vel funium, congrue poterit adiuvari. Item. Si ungulæ duræ fiant post re-

trova ch'è così. Recipe pece greca, de incensu et de mastice et de volu armenicu et de sangue de dracone et de galbanu, et de tucte se faccia pulve et stenperese cun due parti de sevo muntonino, et terza parte de cira, et insenmuramente tucte mestecandole. Et agi unu pannu de linu forte et mectase lu pannu na confectione et tuctu ce se infunda. Et de cotale pannu sufficientemente infussu in questa confetione facciase unu cappello, voi unu calzarectu, a modu delu tuellu et de l'ongia delu pede, e ponaglese de supra si che lu tuellu sia tuctavia in dela conquavitate delu capellu, voi delu calzarectu; e, due fiata in die scalzatu, lavese cull'acetu fortissimu, unu pocu callu, et un altra fiata missu lu cappellu, voi lu calzarectu, supra lu tuellu guardannose che lu tuellu se non fera d'alcuna cosa dura. Certe, ca lu cavallu per lu perdimentu dell'ungia non po'stare moltu supre deli pedi, facciaglese unu lectu de paglia longa che se repose quandu vole. E se lu cavallu non pove stare rictu in pedi, e tuctavia iacere gle fora tropu increscentu e farriagle dannu, acuncese artifitialemente che stea in pedi in cotale modo. Agi quactru braccia de pannu grossu de cannuva et forte, et, se ene convenevele, fortifechese cun cinculi, voi corde, cusiti locu, et sulu pectu, et sulu ventre delu cavallu, lu dectu pannu se acconce cusine, che la lateza delu pannu da mezu lu ventre usque a mezu lu pectu se stenda. E de lenne se legue le fune innamura le capura delu pannu, e leguese bene alu travu che tuctu lu corpu delu cavallu sustengia. E tame lu cavallu quantu ligeramente po'premere li pedi in terra tantu ligeramente ce li prema. E così aiutandu la natura cul'artifitij dicti, pre renascere l'unge lu remeiu se po'trovare. Et nota che in tucte le infermetate, le quale veta lu ca-

novationem ipsarum et fortes, facias decoctionem, seu emplastrum, quod sequitur: Recipe pulverem gallæ et tantundem de furfure et cum aceto fortissimo bulliant insimul agitando, miscendo ibidem aliquantulum salis; de tali vero decoctione pes equi universaliter involvatur cum aliqua pecia ampla de lino ligando, bis in die tantummodo renovando.

Cap. CXXXII. — De setula sive seta.

